hoꝛ pluralitas eſt que eſt maioꝛ paucitas: ſicut ternarius eſt minoꝛ pluralitas quaternario. hoc modo maioꝛ eſt vera: qꝛ vnitati immediatioꝛ eſt binariꝰ ꝙ̄ quaternariꝰ vel ternarius. ⁊ tñ binarius eſt minoꝛ pluralitas intẽſiue ꝙ̄ ternarius: qꝛ intẽſiue tãta diſtinctiõe diſtinguũtur due vnitates in binario quãta tres ĩ ternario. ¶ Extenſiue verũ eſt: qꝛ ab vnitate ꝓcedũt pluralitates ſiue diſtinctiões oꝛdinate: ita ꝙ ſemper minoꝛ numerus extenſiue ſiue numeraliter eſt propinquioꝛ vnitati q̃ eſt principiũ. et ſic cõcedo ꝙ iſta diſtinctio eſto ꝙ eẽt alterius rõnis: eſt tñ maxime paucitatis: qꝛ non ſunt niſi due ꝓductiones: et non eſt pluralitas minoꝛ dualitate. ¶ Si tñ loq̄mur de maioꝛi vel minoꝛi diſtinctiõe vel pluralitate intenſiue adhuc poteſt intelligi dupliciter. ¶ Qꝛ aut intelligit̃ ꝑ ſe quãtũ ad foꝛmalez rationẽ diſtinctionis extremoꝝ. ¶ Aut ꝑ accidẽs quãtũ. ſ. ad maioꝛẽ ⁊ minoꝛẽ entitatẽ ⁊ incõpoſſibilitatem coꝝ q̃ diſtinguuntur. Exẽplũ. Soꝛtes et plato magis diſtinguũtur quantũ ad realitatẽ ⁊ incõpoſſibilitatẽ extremoꝛũ: ꝙ̄ iſte due intentiones genus et ſpecies: qꝛ iſte due pñt concurrere in eodem vt in coloꝛe: ⁊ minoꝛ eſt entitas iſtoꝝ extremoꝛũ genꝰ et ſpecies ꝙ̄ iſtoꝝ ſoꝛtis ⁊ platonis. ¶ Si aũt intelligit̃ maioꝛ de minoꝛi diſtinctiõe materialr̃ foꝛte poſſet alicubi hr̃e veritatez: qꝛ alicui vni ꝑmo imediatioꝛ eſt diſtinctio ratiõis ꝙ̄ rei: ⁊ minoꝛ eſt diſtinctio rõnis quãtũ ad entitatẽ extremoꝝ: ⁊ incõpoſſibilitatez diſtinctoꝝ ꝙ̄ diſtinctio realis: ſʒ in ꝓpoſito nõ opʒ de iſta maioꝛitate ſiue minoꝛitate curare: qꝛ nõ ponit̃ aliqua diſtinctio rõnis imediata vni a q̃ ꝓcedit oĩs multitudo. ſ. ipſi eſſentie. ¶ Scdo aũt mõ de iſta maioꝛitate intẽſiue et ꝑ ſe quantuʒ ad foꝛmalẽ rõnẽ diſtinctiõis: maioꝛ eſt ſimplr̃ falſa: qꝛ opʒ ꝙ vni ꝑimo a quo ꝓcedit aliq̃ diſtinctio ſiue ſit rei ſiue nõ niſi imediatiſſima ſit aliq̃ diſtinctio alteriꝰ rõnis: qꝛ aliq̃ finita: et qꝛ illa q̃ eſt alteriꝰ rõnis eſt ꝑmo finita: vt argutũ eſt: ⁊ hoc ptʒ: qꝛ ſm cõem opinionem vbi vnitatẽ realẽ ſeq̄tur imediate diſtinctio rõnis: ibi iſta rõne diſtincta habẽt diſtinctionẽ alteriꝰ rõnis: nõ eiuſdẽ: ⁊ illa eſt maioꝛ ſm foꝛmalẽ rõnẽ diſtinctionis: lʒ ſit minoꝛ duplici mõ: ⁊ maioꝛis paucitatis et minoꝛis realitatis ⁊ incompoſſibilitatis ĩ extremis. ¶ Per hoc ptʒ ad illud de pluralitate q̃ eſt immediate a deo: quia in creaturis vbi nature ſpecifice ſunt plurificate in ſuppoſitis nulla eſt neceſſario determinata: qꝛ a ſola voluntate agẽtis ſunt tot vel tot ita ꝙ nõ repugnat nature eẽ in pluribus: ſi ꝗ talia plura eiuſdem rõnis ſunt imediate a deo: ſunt tñ finita in actu: qꝛ volũtas diuina imponit eis finitatẽ: ſed nõ ſunt neceſſario finita: qꝛ nihil eſt ĩtrinſecum creaturis cui ꝯdictoꝛie repugnat maioꝛ vel minoꝛ pluralitas: q̃cũq; aũt pluralitas eſt poſſibilis ĩ diuinis ipſa ẽ oĩno finita.

Queſtio. III.

Iſo de ꝓductionibꝰ: ſequũtur q̃ones de relonibꝰ. ¶ Et pꝛio de relonibꝰ oꝛiginis.

T

V Argm̃ principale ñ ſoluit: qꝛ ſatʒ ptʒ ex dictis q̃d dicendũ ſit. q̃re 13. diſ. ꝑ. ſol. pꝛimũ pꝛincipale. ⁊ diſ. 10. ꝑ. ſolõnẽ eiꝰ.

¶Secundo de relationibus cõi bus. ¶De relationib⁹ originis. ¶Primo queritur in cõparatiõe ad essentiã. ¶Scdo in cõparatione ad psonã. ¶Tertio quãtũ ad pfectionẽ siue quãtitatẽ propriaz.

¶Est ergo questio prima. Utrũ ista duo pñt simul stare: q relatio vt cõparata ad oppositum sit res: et vt comparata ad essentiaz sit ratio tm̃. ¶Arguitur q nõ: qꝛ si vt cõparata ad essentiã sit ratio tantũ: hoc est: qꝛ vt sic transit in essentiã: sꝫ vt cõparata ad oppositũ manet eadem ratio: qꝛ vt sic est eadẽ essentie: qꝛ nullo modo potest esse nõ eadẽ ꝓpter simplicitatẽ diuinaz. ergo si est rõ vt cõparata ad essentiã: necessario est rõ vt comparatur ad oppositũ.

Põt formari argumẽtuz ad oppm̃. q est res ad qdcunq ꝯparetur.

¶Ad oppositũ arguit sic: vt comparatur ad essentiã est rõ: ꝓbatur ꝓpter simplicitatẽ diuinã: vt aũt comparatur ad oppositũ nõ est rõ sꝫ res: alr non ꝯstitueret realiter distinctum. ergo pdicta simul stant.

Hic sunt tria videnda. ¶Primo: si relatio originis in se sit res et que res? ¶Secũdo si cõparata ad essentiam sit res ꝛ que res? Et ex hoc apparebit compossibilitas vel incõpossibilitas istorũ de qb⁹ queritur. ¶Tertio circa dicta i solutiõe qdã dubia occurrẽtia dissoluẽtur.

De primo qꝛ de equiuoco nõ est simpliciter respondendũ. Et hoc nomen res sicut patet ex auctoritate loquentium de isto nomine res est equiuocũ. Ideo primo distinguendum est de hoc noie res Si aũt colligitur ex dictis auctorum hoc nomẽ res potest sumi. ¶Communissime. ¶Cõmuniter ¶Et strictissime. ¶Communissime: put se extẽdit ad quodcunq qd non est nihil: et hoc potest intelligi dupl̃r. ¶Uerissime eniꝫ illud est nihil quod includit cõtradictionem et solum illud: quia illud excludit oẽ esse extra intellectum ꝛ intellectu. quod eñ est sic includens contradictionẽ sicut nõ potest esse extra animam ita nõ potest esse aliquid intelligibile vel aliqd ens in anima: qꝛ nunq̃ contradictoriũ cum cõtradictorio constituit vnum intelligibile: neq sicut obiectum cũ obiecto: neq sicut modus cũ obiecto. ¶Alio modo dicitur. nihil qd nec est: nec esse potest aliqd ens extra animã. ¶Ens ergo vel ens isto primo mõ accipitur omnino communissime et extendit se ad quodcũq quod non includit cõtradictionẽ siue sit ens rationis: hoc est precise habens esse in intellectu considerante: siue sit ens reale habens aliquam entitatez extra cõsiderationẽ intellectus. ¶Et secũdo accipitur in isto mẽbro minus cõiter pro ente qd habet vel habere põt aliquam entitatem nõ ex ꝯsideratione intellectus. ¶Et istoꝝ duoꝝ mẽbroꝝ quoꝝ vtrũq pertinet ad primuz mẽbrũ distinctionis. Primũ videtur valde extẽdere nomen rei: et tñ ex communi modo loquẽdi satis ꝓbatur. Cõiter enim dicim⁹ intẽtiones logicas esse res rõnis ꝛ relationes rationis esse res rationis: ꝛ tñ ista nõ possunt esse extra intellectũ: nõ ergo nomen rei fm vsum loquẽdi determinat se ad rem extra animã: et isto intellectu cõissimo prout res vel ens dꝛ quodlibet conceptibile quod nõ includit ꝯtradictionẽ siue illa

cōitas sit analogie siue vniuocationis de q̄ nō curo modo posset poni ens primū obiectum intellectus: q2 nihil pōt esse intelligibile qđ non includit rōnē entis: isto mō: q2 vt dictū est p2ius: includens cōtradictionē nō est intelligibile ꝛ isto mō q̄cū q3 sciētia q̄ nō solum vocat realis: sed ēt q̄ vocat rōis est de re siue de ente. ¶ In scđo autem mēbro isti9 ꝑmi mēbri d2 res qđ h3 vel hr̄e pōt entitatem extra alam. Et isto mō vr̄ loqui Auic. 1. met. c. 5. ꝙ ea q̄ sunt communia oībus generib9: sunt res ꝛ ens: nec pōt illđ intelligi de vocabulis in vna lingua: q2 in vna quaq3 lingua est vnus cōceptus indiffirens ad oīa illa q̄ sunt extra animā cōcept9 eni̅ sunt idem apud oēs primo. Periermenias cōiter in qualibet lingua est vna nomē īpositū tali conceptui communi qualiscunq3 sit illa cōitas siue analogie siue vniuocationis. ¶ Habemus ergo p2imū mēb2ū s. cōissime bipartitu3 in illđ. s. qđ nō includit cōtradictionē qualecūq3 esse habeat: ꝛ i illđ qđ h3 vel habere pōt ꝑp2iū esse extra itellectū ꝛ isto mō vel vtroq3 mō vel saltem scđo mō accipit Auic. rem ꝛ ens: vt dictū est. ¶ Scđo modo accipit Boetius distinguendo rē contra modū rei: sicut loq̄tur lib. de tri. p3 inq̄t q̄ sit differentia p2edicationū: q2 alie quidem quasi rē mōstrāt alie quasi circūstātiā rei: q2 ista p2edicant sic: ꝙ ꝫ3 se rē aliquā mōstrāt. illa vero vt nō cē sed poti9 extrinsec9 aliq̄d apponūt. vult ergo distinguere rē contra circūstātiā ꝛ sic ꝫm eum sola tria genera substātia qualitas et quantitas rē monstrāt: alia vero rei circūstātias. hoc ergo nomen res in scđo membro acceptū dicit aliqđ ens absolutū distinctū contra circūstātiā siue modū q̄ dicit habitudinem vnius ad alterum ¶ Tertius modus habet a pħo q̄ dicit. 7. meta. accidētia dicunt entia: q2 sunt entis: ꝛ infra. c. 3. sicut de non ente logice. quidā dicunt esse non ens: non quidē simplr̄: s3 nō ens: sic ꝛ q̄litatē ꝛ infra quēadmodū nō scibile: est scibile ꝛ quemadmodū medicinale: eo qđ ad idem quidē ꝛ vnū nō idē aūt ꝛ vnū: sic ꝛ de ente: ꝛ videntur eandem sentētiā dicere in p2incipio 4. ꝙ quēadmodū medicinale et salub2e multiplr̄ dicit: ita et ens Ens ergo siue simplr̄ siue potissime dictum: et hoc siue sit analogum siue vniuocum accipit ibi pħs p2o ente cui per se ꝛ p2io conuenit esse qđ est substantia sola. ¶ Sic ergo sub p2imo mēb2o cōissime continent ens rōnis. et ens qđcūq3 reale. ¶ Sub secundo ens reale ꝛ absolutum. ¶ Et sub tertio ens reale ꝛ absolutum ꝛ ꝑ se ens. ¶ Ex ista distinctione p3 ꝙ qđ. si relo sit res: nullam difficultatem h3 de re tertio mō accipiendo vel scđo mō: q2 non est substātia neq3 ad se tm̄. ergo difficultas ē de p2imō membro: s3 nec de ente rōnis q2 p3 ꝙ relatio est intelligibilis sine contradictione. Est ergo hic sermo si habeat esse siue sit res habent entitate3 realem p2op2iā extra animā: et hoc dico ꝙ est res. scđo que res: ꝙ aūt relatio sit res ꝓbo: habitudo ꝯ̄ns extrema realia ꝛ realr̄ distincta: ꝛ hoc ex natura rei ē realis: q2 entitas eius qualem h3 nō est p2ecise in aīa: ꝛ per consequens ipsa ꝫm entitatem ꝓp2iam est res suo mō: sed habitudo patris ad filium est talis vt

B
Cautus esto h lector. nedeci piaris in doctrina huius doc.
Ca. 1.
1. c. 10. quere verba origialis.
t. c. 2.
t. c. 14
t. c. 15.
t. c. 2.
C

patet ex scđa qōne ordinaria. Ex hoc apparet que res ipa sit: quia si sit res singularis vel ē ad se vel ad alterū: ipsa formaliter est res ad alterū: nec ista determinatio ad alterū: repugnat ei qđ est res isto mō loquendo. qr isto mō res non distinguitur cōtra modū vel habitudinem vel circūstantiam rei: sed includit eam.

De secūdo articulo.

¶ Primo dicetur illud qđ est reale. ¶ Secūdo quātū pertinet ad logicū conside ratio huiꝰ propositionis: relatio vt cōparatur ad essentiā est res. ¶ Tertio patebit de cōpossibilitate ꝛ incōpossibilitate istorum de quibꝰ querit. ¶ De primo dico ꝙ relatio vt cōparat ad essentiā est res: qđ probat sic. qñ aliqua quocunqꝫ modo distincta cōstituunt tertiū nō cōstituunt illud nisi vel aliquo modo se habēt adinuicē vel aliquo mō vniunt. et hoc apparet de causis extrinsecis q̄ nūqꝫ causant nisi in aliquo mō concurrant ad causandū: ꝛ magis de causis intrinsecis q̄ nō cōstituūt suppositū nisi vt suo modo vniātur: essentia aūt ꝛ relatio ꝯm oēs cōstituūt personā qualēcunqꝫ rōnē habeāt principij ergo hoc est in quātū concurrūt qđ nō pōt esse nisi vt relō ē in eēntia. ex hoc habeo ꝙ essentia ꝛ relatio cōstituūt psonā: nō nisi vt relō est in essentia: sed relonē esse in essentia est relationē hr̄e cōparationē ad essentiā verissimā quā pōt habere citra cōsiderationē intellectus: ergo relō nō cōstituit personā nisi vt cōparata ad essentiā: sed nō cōstituit personā nisi vt res: alioqn persona vt constituta formaliter nō esset res: ergo relatio vt cōparata ad essentiā est res. ¶ Scđo sic: q: aut cōparatio ad essentiam est oīno ipsamet relō. Aut aliqđ superueniens. siue rei siue rōnis nō curo quātum ad propositum. ¶ Si est oīno ipsamet pt3 ꝙ ipsa sit res ex pmo articulo: ꝛ cū ipsamet sit sua cōparatio ad essentiā ergo ipsa vt cōparata ad essentiā est res. ¶ Si scđo mō nulla habitudo adueniēs cuicūqꝫ siue absoluto siue respectiuo: siue etiā illa habitudo sit realis siue rationis destruit illud cui aduenit: sed potius psupponit. patet de intētionibus scđis q̄ nō destruūt rationes intētionū primarū quibꝰ adueniūt. nō ergo destruit illa realitas relationis p hoc qđ nō cōparata: ꝛ per ꝯñs pt3 ppositū. ¶ Ex hoc p3 que res sit: q: ad qñcunqꝫ cōparat: aliqđ ipsum est ipsum. nā ꝯm phm. 1. phy. qđ vere ē nulli accidit. ꝛ esto ꝙ substantia bonis comparata ad hominē nō sit substantia oīs: tñ semp est res ꝛ q̄ res: est substātia. ꝛ q̄ substantia bonis: q: ipsa est ipsa. sic hec relō q̄ essentialr̄ est ad alterū: nūqꝫ est nō res nunqꝫ ēt ipsa est nisi ipsamet res ad alterū: cōparatio autem (vt dictum est) nūqꝫ destruit realitatē propriā sed psupponit. ¶ Hic tñ est aliꝰ modꝰ dicēdi de istis relonibꝰ q̄ talis est. Relō cōparationē importat ꝛ ad opposi tū ꝛ ad fundamentū. ex alio autē ordine h3 ꝙ sit realis simplr̄. s. ex ordine ad fundamentum: ex alio ꝙ vna sit distincte ab alia. s. ex ordine ad oppositū. primo modo ꝛ eēntia diuina est realitas oīm relationū diuinarū. iō ꝯm huiꝰ cōparationē nō differūt realr̄ s3 secūdo mō. ergo ꝛc. ¶ Cōtra illud quo aliqđ ens habet entitatē eo

Marginalia: t.c.1. / t.c.14 / t.c.15 / t.c.12 / D / C / E / t.c.26 ꝛ.27. / Th.1. pte. q. 36. ar tic. 2. ꝛ Egi de ro. ql. 1. q. 6. ꝛ hēri. ma ar. 60. q. 1. ꝛ qli. 5. q. 1.

tanq̃ fundamēto primo vnitatis est vnū vnitate corrñdēte tali entitati. & p ɔñs distinctū a quocūq; ente nō hñte hanc vnitatē a q̃ ꝫ relo est res in actu extra suā cām: ab eo est distincta realr a relatione quacūq; q̄ nō ē ipsamet si ne q̄ nō ē ens entitate ppa ipsi⁹. F ¶ Confirmat spālr de relonibus in diuinis: q: q̄libet relo saltē psonalis scipsa formalr est incōicabilis: q̄ aūt seipso formalr est incōicabile seipso formalr a quocūq; cōicabili est distinctū. ergo relatio a quo h̄ȝ suā realitatē qua formalr est incōicabilis ab eo h̄ȝ distinctionē. ¶ Preterea si essentia vt d: est realitas omnium relationū: & ideo ꝫm illā comparationē non differunt realr. ergo cū illa cōparatio sit etiam in essentiam: sequitur q̄ vt sunt in essentia non differunt realiter: ergo vt sunt in essentia vel nullo modo differūt: q̄d omnino est irrationabile vel sola ratione differunt & si hoc ergo constituta per ipsas vt G sunt in essentia sola ratione differunt. psone aūt constituunt per ipsas vt sunt in eēntia vt dictū ē in prima ratione. ergo &c. ¶ Quātum ergo ad istud videtur rationabilius q̄ ab eodem habeat q̄d sit realis et q̄ sit distincta a relatione opposita: & hoc intelligēdo q̄nōcunq;. nā non est intelligibile q̄ sit realis nisi sit realis habitudo ad oppositū: & sic realr distincta ab opposito: nec ipsa pōt eē realr distincta ab opposito nisi vt habitudo realis. & sic est res eo mō quo sibi conuenit esse res: scipsa ergo formalr est res et seipsa formalr ē distincta ab opposito. A fundamēto aūt h̄ȝ vtrūq; fundamētaliter & radicaliter.

Quantū autē ad logicā ista ppositio: relatio vt cōparata ad essentiā est H res vr̄ distinguenda: q: ista. s. inquātū vel ꝫm q̄ vel vt dupliciter accipiunt. ¶ Ad aliqñ eīn he dictiones notāt ratione accipiendi illud q̄d determinatur per ipsa. ¶ Aliqñ vero non solū hoc. sȝ ppie iportāt cālitatē respectu inherētie p̄dicati. Exēplū mot⁹ est 3. phy. act⁹ entis in potētia ꝫm q̄ in po t. c. 9. & tētiali ꝫm q̄ iportat rōnē: ꝫȝ quā 10. mot⁹ ē act⁹ mobilis. q: cū sint in mobili due rōnes: est eīn in actu & ē in potētia ad aliud. Mot⁹ est act⁹ ei⁹ vt considerati in potētia. Nec tñ ibi hoc q̄d ē ꝫm q̄ ē in potētia: notat cām inherētie p̄dicati: q: qñ sic accipit īfert vlēm ꝫm Ca. 35. phm primo priorū vt iustitia est bonū ꝫm q̄ bonū: sequit ꝫm ipm ergo iustitia ē oē bonū: & plani⁹ a pte subiecti: vt si hō ꝫm q̄ rōnale intelligit. sequit q̄ oē rationale intelligit: hoc mō ēt qñ idē ponitur determinatio suppsius me diāte hac dictione inquātum. In primo ꝫ sensu considerat p̄cisa rō ipsius q̄d terminat: in alio sensu notat q̄ rō reduplicati sit rō inherentie p̄dicati cū subiecto: primo mō dicim⁹ q̄ hō consideratus in quātū hō ē p̄cisissime consideratus: scdo mō hō ꝫm q̄ hō ē rationalis: q: q̄d consequit reduplicationē est rō inherētie p̄dicati. & ēt cōcedi pōt q̄ hō ꝫm q̄ hō ē risibilis: & est ibi cā inherētie in secūdo modo dicēdi p se. ¶ Ad propositū cū dico q̄ relatio vt cōparata ad essentiā diuinā est res: pt intelligi dupl̄r. ¶ Primo modo vt relatione considerate sub tali comparatione conuenit hoc p̄dicatū res. ¶ Vel scdo modo q̄ illa compa-

ratio sit rō inherētie hui⁹ p̄dicati qđ ē res: scđo modo propositio ē falsa: q2 illa ꝯparatio ad essentiā est sola ꝯparatio rōnis: ē em̄ inter extrema nō distincta realiter relationē. s. ⁊ eēntiā q̄ tñ p̄t intellect⁹ ꝯparare: ⁊ ita est inter ea relo rōnis: nō g̃ de isto intellectu loquimur: sȝ de p̄o. Et tūc est sensus: ꝙ p̄rnitas nō solū precise accepta ſm ꝙ paternitas: sȝ ēt ſm ꝙ considerata sub ista rōne vt ꝯparat'. ad eēntiā. vl' vt est in eēntia ē res q2 ista ꝯparatio nō diminuit nec destruit paternitatem eē rez sȝ p̄supponit sicut ꝓcedit scđa ratio ad ꝯclōnem scđi articuli. Exēplū hō vt risibilis intelligit: hec nō ē v̄a sic ꝙ risibilitas sit cā inherentie predicati: sȝ sic est v̄a ꝙ hoī cōsiderato sub rōne risibilis nō repugnat hoc predicatū intelligere sȝ ꝯuenit: ⁊ isto mō q̄cūq3 determinatio sub q̄ ꝯsiderat' ſm q̄ tñ nō excludit predicatum nō falsificat ꝓpōnē in q̄ predicatū dr de subiecto sic determinatio.

R

Existis patere pōt illud qđ q̄rit' sed opȝ p̄o videre intellectū hui⁹ qđ dr ꝙ relatio ē rō. Nā ꝙ aliqd dicat' ratio potest ad propositū intelligi dupl'r. ¶ Uno mō q2 est mod⁹. illius cui ꝯparatur ⁊ non res tali realitate sicut Boetius vocat habitudines circūstātias ⁊ nō res p̄o tri. c. 10. q2 nō h̄nt talē realitatem qualem h̄nt ille quarū sunt circūstātie: ⁊ q̄to aliqd recedit a realitate pfecta tanto magis accedit ad rōnē. ¶ Alio mō aliquid vt accipit' sub rōne formaliter: p̄t dici rō vel ens rōnis sicut si homo vt vl'e dicat' eē rō ꝓ quāto cōsiderat' sub vniuersalitate q̄ est p se ratio. Istis duobus modis p̄t concedi ꝙ relatio vt comparatur ad essentiā est ratio: q2 est modus circa essentiā ⁊ non hȝ talē entitatē formal'r qualē hȝ essentiā: sȝ est quasi circunstātia respectu ei⁹ ⁊ etiam cum dico vt comparatur ad essentiā hec ꝯparatio (vt dictū est) importat respectū rationis ⁊ sub ea consideratur paternitas ⁊ pro tāto p̄rnitas vt comparatur ad essentiam est ens rōnis: q2 acceptū sub ratione. ¶ Sed siue sic siue sic dicat' ꝙ paternitas vt cōparata ad eēntiā est rō: non tollitur q̄n p̄rnitas sit res: q2 quātū ad primū ipsa suo modo est res. s. res ad aliud: sȝ dicatur ratio respectu rei ad se quātū ad secundū ipsa considerata sub ratione que est comparatio ad essentiam dr ratio: quia illud sub quo consideratur non hȝ entitatem ex se ipsa tamen est res: q2 illud sub quo cōsideratur non destruit realitatē ei⁹ sed ipsam p̄supponit comparatio em̄ alicui⁹ ad alterū presupponit entitatē ſȝ se. ¶ Ex hoc p3 ꝙ ista stāt sil' ꝙ ipsa relatio comparata ad eēntiam sit rō. s. dupli ci mō predicto ⁊ tñ ꝙ ipsa ꝯparat' ad essentiā sit res sicut iā dictum est: stat ēt ꝙ ip̄a ꝯparata ad oppositum sit res: q2 ipsamet est comparatio ad oppositum: ⁊ ipsamet est ip̄a res q̄ est talis ꝯpatio ⁊ magis vsitate dr res vt compata ad oppositum. ⁊ rō vt ꝯpat' ad essentiā q2 vt ꝯpat' ad oppositū ē eq̄ ⁊ similis entitatis cū opposito nec respectu eius hȝ rōnē modi sicut nec econuerso. sil'r ip̄a est cōpatio sui ad oppositū: ⁊ iō cū dr vt comparata: nō considerat' sub aliqua rōne q̄ ꝓpe dicat' rō: nō em̄ ē aliđ paternitas vt cōparatur ad filiationē q̄ p̄rnitas vt cōparata ad

L

filiationē:ꝛ hoc est in speciali pa ternitas vt est paternitas stat. ergo simul ꝙ paternitas vt cōparata ad oppositū sit res:nō tn̄ eo mō quo vt cōparatur ad eēntiā ē res: sed vt cōparata ad oppositū est res istis duobus modis:q2 simi lis entitati distincte ꝯ modum ꝛ est res non accepta siue ꝯsidera ta formalr sub rōne:ꝛ ꝙ ipa com parata ad essentiam sit rō ꝓpter duo opposita:q2.s.modus essen tie:ꝛ q2 accepta sub rōne q̄ ē ipa cōparatio ad essentiā: tn̄ vtroq3 mō ꝛ vt comparatur ad oppositū:ꝛ vt cōparatur ad essentiā est res. ꝛ eadem res:q2 ipamet est cōpa ratio realis:vt probatū est.

De tertio articulo ar guitur ꝯ predi cta. Primo sic si relatio compara ta ad essentiam est res:aut ergo res ad se aut ad alterū ꝙ relatio sit res ad se qualitercunq3 vr inclu dere ꝯdictionē ergo vt compara ta ad eēntiā est res ad alterū: sed vt cōparatur ad essentiā est idē ꝙ essentia .ergo relatio vt idem est essentie: vel vt est essentia est res ad alterū·ꝛ tūc vltra . ergo essen tia est res ad alterū. Ista ꝯña pro batur ꝑ simile:q2 si hō ſm ꝙ ratio nale intelligit.ergo rōnale intel ligit:ꝛ rōne ēt q2 predicatū qđ cō uenit alicui ꝑ rōnē alicui⁹ prius conuenit ei. ¶ Itē si relatio vt cō parata ad q̄dcūq3 sit res propria realitate.ergo similr relatio in crea tura vt cōparatur ad fundamentū est res ꝓpria realitate:ꝛ nō preci se realitate fundamenti.ergo est ibi accidēs ꝓpria accidentalita te q2 nō est ibi substātia.ꝛ tūc se q̄tur ꝙ alia est accidētalitas re lationis in creatura:ꝛ accidētali tas absoluti in quo fundatur: ꝛ sic

videtur:sed ꝓcessus in infinitū: q2 illa accidētalitas relatiōis h3 ꝓ priā realitatē ꝛ nō nisi accidenta lē.ergo h3 ꝓpriā accidētalitatē ꝛ de illa silr.ꝛ sic in infinitū. ¶ Cōsilr in diuinis si h3: ꝓpriā realitatē qn̄ cōparatur ad eēntiā.ergo illa ē sub stantialis vel accidētalitas nō ac cidentalis : q2 nullū accidentale est i deo.5.de tri.c.5. ergo h3 ꝓpriā substātialitatē:ꝛ tūc pr pr̄nitate habebit eē ꝑ se qđ ē incōueniēs: q2 tūc erunt in diuinis tria ꝑ se esse:q2 tres relatiōes: cū tn̄ nō sit ibi nisi vnicū ꝑ se eē ſm btm̄ Au gu.7.de tri.c.6.dicētē ꝙ substā tia est q̄ pr est:ꝛ q̄ fili⁹ silr h3 esse l3 nō sit quo pater est pater.

Respōdeo ad p̄mū p3 in scđo articulo de distictiōe isti⁹ ꝓposi tiōis relatio vt cōparatur ad essen tiā est res:q2 vera est ꝓut ly: vt vel inquātū denotat determina tionē vel specificationem siue de terminatā acceptionē paternita tis sub ista rōne q̄ est cōparatio ad eēntiā . Nō ē aūt vera ꝓut de notat causalitatē ihērētie p̄dica ti ad subiectū. P3 In p̄mo ergo itelle ctu qn̄ q̄rit q̄ res sit:dici pōt ꝙ est res ad alterum . q2 cōparatio ad eēntiā nō facit ꝙ pr̄nitati repu gnat sua ꝓpria realitas q̄ ē rea litas ad alterū:nec tn̄ est sic intel ligēdū ꝙ pr̄nitas ꝯparata ad di uinitatē sit res ad alterum:ita ꝙ alterū sit diuinitas vt sit sensus paternitas ē res ad diuinitatē. s3 est sensus paternitas cōparata ad eēntiā ē res rōnis :ꝛ in se res ad alterū.s.ad filiū : q2 qui cōpa rat pr̄nitatē ad diuinitatē exclu dēdo filiū vl nō includēdo filiū: nō cōparat pr̄nitatē, nisi habeat duo ꝯdictoria i itellectu suo: cū

pternitas fm illd qd est sit p se ad filiū ꝛ lȝ pternitas nō sit seipa con parata ad diuinitatē: sȝ ad filiuȝ vt ad correlatiuū: tñ paternitatē ipam includēdo eē ad filium: ꝑt intellectꝰ cōparare ad diuinitatē qꝛ intellectus pōt aliqd compa= rare p actū suū ad illd qd nō est eiꝰ p se correlariū ex natura rei. fm hūc intellectū ꝑt dici ꝙ pater nitas vt comparata ad eēntiā est res ad alteꝝ. ¶ Et cū infert. ergo vt est eēntia vel vt ideȝ eēntia est res ad alterū concedat in simili intellectu. ¶ Et vltra cū dicis: er= go essentia est res ad alteꝝ. ¶ Rñ deo: hoc pōt itelligi dupltr. p idē= titateȝ vel formalr. ¶ Primo mo do posset ꝯcedi: ꝛ est sensus dicti ꝙ diuinitas est res: q̄ est ad alte= rū qꝛ est paternitas. ¶ Nō aūt ē ꝯcedenduȝ formalr ꝙ diuinitas fm suā formā sit ad alteꝝ: sed qꝛ in añte fuit predicatio formal' di cēdo paternitas vt comparatur ad essentiā est res ad alteꝝ. iō si inferat similis ꝑdicatio in ꝯñte ꝙ diuinitas est formalr ad alteꝝ negāda est ꝯña: qꝛ nō opȝ ꝙ ꝑdi catū eo modo ꝯueniat determi= nationi: quo ꝯuenit alicui intel= lecto sub tali determinatione qñ illa determinatio nō notat eē ra tio inherētie ꝑdicati ad subiectū sicut hic. ¶ Et p hoc ptȝ ad ꝓba= tiōes ꝯñtie hō fm ꝙ rōnalis ꝛc. Ista ꝯña tenet prout ly fm ꝙ no tat causalitatē inherētie predica ti ad sbm. Sic aūt nō accipit in= proposito hoc qd dr vt comparat ad eēntiā. ¶ Et silr ad ꝓbationē sequētē esto ꝙ predicatū veriꝰ in sit illi qd est rō iherentie alij. hoc non habet nisi fm ꝙ ly fm ꝙ te= net ꝓprie reduplicatiue. hic aūt nō sic accipit (vt dictuȝ est) in illa distinctiōe logica. in scdo articu= lo. ¶ Sȝ si obijciat: qꝛ illud ꝙ est in aliquo formalr pōt illd deno= minare. g̃ si relatio vt comparata ad eēntiā sit in eēntia: eēntia po test denoiari a relatiōe: et p ꝯñs essentia formalr refert ad aliud. ¶ Rñdeo aliqua denoiatiua vel cōcreta ꝑdicantur de aliquibus. ¶ Primo mō per se. ¶ Aliq̄ de ali quo p se. Scdo mō, siue per acci= dēs. de cōposito qdē ex susceptiuo ꝛ forma ꝑdicat denoiatiuū si ue cōcretū forme p se primo mō specialr si subiectū est p se vnum quantū ad ꝯceptū: sicut hō dicit rōnalis siue aiatꝰ p se primo mō sȝ corpꝰ qd est altera pars cōposi ti dr denoiatiue aiatū: ꝓprie tñ si ue per se scdo modo siue p acci= dēs: qꝛ illd nō est totū includens formā: sȝ susceptiuū recipiēs for mā vbicunqꝫ g̃ est aliqua forma: opȝ dare ꝑdicationeȝ formalē de toto q̄ est p se primo mō. etiaȝ in creaturis opȝ dare cōiter ꝑdica= tionē q̄ sit ꝓprie denoiatiua for= me de susceptiuo. In diuinis pri ma ꝑdicatio nō negat. Nā pr ge nerat: siue generās generat pater est quasi cōpositū includens qua si essentialiter formā illā q̄ de ip so predicat: sȝ denoiatiuā predi= catione quasi forme: de quasi su sceptiuo non opȝ dare ibi. ¶ Hoc declarat auctoritate et ratione. ¶ Rōne sic. qd intelligit ibi qua= si susceptiuū forme est illimitatū ad oppositas formas vel relatio nes: ꝛ tñ nō distinguitur ab eis: ꝙ aūt denoiat a forma aliqua de notat p hoc esse distinctū ab op= posito: qꝛ ergo hic nō est suscepti uū ꝓpriū forme: sed cōe sibi ꝛ op posito. et forma talis denomiare non posset nisi ꝓpriū susceptiuū

q₂ nō est nisi distinctuꝫ ab oppo sito iō nulla est predicatio deno= minatiua relationuꝫ de suscepti no. ¶ Hoc cōfirmaᷓ ꝑ Dam. li. 1. c. 5. vbi vult ꝙ relationes deter= minant hypostases nō naturam notantur. ẜ illud determinare ꝺ quo ꝑdicātur in cōcreto: q₂ notā tur illud cōparare ad oppositu ꝫ ⁊ distinguere ab opposito. ¶ Ad formaꝫ ergo rōnis qñ accipiᷓ re= latio est in essentia. ẜ essentia pōt denoīari a relatione nō seqtur. ⁊ rō dicta est. ¶ Et cum ꝺ: : oīs for= ma pōt denoīare illō i q̄ est. extē= dendo denoīationē ad ꝑdicatio nē denoīatiuam essentialē in cō= creto. sicut hō est aīatus: ⁊ ad de noīationē ꝑprie dictā: sicut; hō ē risibilis: vel lignū est albū: vl' hō intelligit cōcedi pōt ꝙ oīs forma aliquo istoꝝ modoꝝ denoīat il lud in quo est: q₂ ad min⁹ de com posito predicaᷓ in ꝯcreto: lꝫ illud sit extēdēdo denoīationē: sꝫ si tu accipias de illo in q̄ est vt in su= sceptiuo ꝑdicatū ꝑdicaᷓ proprie denoīatiue negādū est: nisi illud susceptiuū sit limitatum: vel nisi ꝑdicatio illa denoīatiua īpoꝛtet subiectuꝫ eē ꝑpriū ⁊ distinctū ab opposito. ¶ Ad scdm lꝫ esset ma gna difficultas de ꝑ se: tñ in ꝑpo sito eā ꝑtranseo. concedo tñ ꝙ re latio q̄ est accidens in creaturis. ꝑpriā hꝫ accidentalitateꝫ: q₂ illa est ꝑ se res: ⁊ nō est illa res ī qua fundaᷓ: nec est res ꝑ se ens sicut substantia: ita opoꝛtet dare ꝙ ip samet ꝑ se sit res habēs ꝑpriā ac cidētalitatē q̄ nō sit accidentali= tas entis ad se: sed accidētalitas entis ad alteꝝ: sicut eñ nō est ea dem entitas ad se ⁊ ad alterū: sic nec eadeꝫ accidentalitas accidē= tis entis ad se: ⁊ accidentis entis ad alteꝝ. ¶ Et cū arguiᷓ ꝙ est ꝑ= cessus ī īfinitū. ¶ Rñdeo stādū est in ipsa relatiōe nec vlteri⁹ ꝑcedi tur. Vbi gr̄a in albedine fundaᷓ. siľitudo ista siľitudo hꝫ aliquaꝫ accidētalitatē ꝑpriā ab acciden= talitate albedinis distinctā sicut relatio est gen⁹ distinctū a gene= re q̄litatis. ¶ Si q̄ras de acciden talitate siľitudinis si ipa est alia a siľitudine dico ꝙ nō: q₂ similitu do ē sua accidētalitas ad funda= mētū; ⁊ seipsa accidit fundamen to sicut seipa ē ad oppositū. Uni= uersaľr eñ quo cōuenit alicui sic qō oīmoda ꝯdictio sit illō esse si= ne hoc. hoc est idē reaľr illi: et per oppositū vbi nō est oīmoda ꝯdi= ctio nō opꝫ idē eē oīno. Nūc autē ꝯdictio est similitudinē eē: ⁊ non eē ad fundamētū: ⁊ etiā nō eē ad terminum. Jō accidentalitas sua ad fundamētū ē idē sibi sicut ip samet est similitudo vel habitu= do ad oppositū stat⁹ est ẜ q₂ acci dētalitas similitudinis nō ē alia res a similitudine: sꝫ similitudo ē q̄dā res alia ab albedīe: q₂ habi= tudo ⁊ ēt accn̄talitas albedīs ꝑt poni q̄dā res alia ab albedīe: q: al bedo ē q̄dā res absoluta: ⁊ acci= dēs absolutū ꝑt eē sine ꝯtradictio ne sine subiecto ⁊ iō nō est idē ha bitudini sue ad subiectuꝫ: nec se ipa accidit illi: falsa ē. ẜ illa q̄ rōe similitudo accn̄talis albedinis: hꝫ aliā accidētalitatē ab albedi= ne pari rōne accn̄talitas similitu dinis habebit aliā accn̄talitatē a similitudīe falsa est etiā illa qua rōne accidētalitas siľitudinis est eadē sibi pari rōne accn̄talitas al bedinis ē eadē sibi: quia albedo est ens absoluto ⁊ siľitudo reto. ¶ Confirmaᷓ vna siľitudo nō est nisi ad vnuꝫ terminū. habitudo

Regula cognoscende identitatis notabilis.

igit silitudo nō ē ad subaʒ hitudo cū sit hitudo ad oppositū.s. ad sile. Nec est fundamētū relotionis nisi qꝛ albedo ē ens absolutum ⁊ similitudo est relatio. ¶ Et ex hoc nō est ꝯdictio albedinē esse sine cōparatione ad supficiē. Est aūt ꝯdictio silitudinē eē sine cōparatione ad fundamētū ⁊ ideo illa cōparatio nō est eadē albedini. Ista aūt est eadē similitudini. nihil aūt aliud est similitudinē esse ꝙ habitudinē huius ad hoc. nec tn̄ dico ꝙ relatio ad q̄dcūq; cōparet seipsa cōparat qꝛ pōt cōparari ad relationē rōnis q non est ipsa: sed ēt forte pōt cōparari re ōne q̄ non est ipsamet: sʒ q̄ est realr̄ alia a se. sicut ꝓportionabilitas fundat in ꝓportiōe sʒ hoc dico ꝙ relatio seipsa ⁊ non alia cōparatione cōparat. si tn̄ cōparet ad q̄dcūq; sine quo est contradictio ipsam eē. ¶ Et cū arguit vlteri⁹ de substātialitate relationis in diuinis. dico ꝙ lʒ phs distinguat in p̄dicamētis substantiā p̄mā a secunda: tn̄ ad ꝓpositū essentia hʒ rationē vtrinsq; sube quātū ad aliq̄d. substantie quidē scōe quo ad hoc ꝙ ip̄a est cōis: nō tn̄ quo ad hoc ꝙ ipsa sit vlis hoc est diuisibilis vel plurificabilis. ē em̄ cōis cōitate reali ꝭm Dam̄. c.4. ibi ē cōitas substātie nō solū ratiōis sicut est in natura creata. hʒ aūt rationem substātie prime quātū ad hoc ꝙ est esse. hoc sive singulare. qꝛ eēntia de se est hec: nō dico quo ad hoc qꝺ est eē incōicabile. qꝛ hoc esset impfectionis. nō restat aūt alia ratio substātie qualitercunq; accepte in diuinis querēda vltra rōnē eēntie nisi ratio incōicabilitatis. ista aūt in diuinis nō pōt esse ꝑ se rō substātie quātū ad cōeʒ opinionē: ꝭm quā loq̄mur cōiter in istis q̄ōnibus. qm̄ non mouet de hoc qꝺ ad hoc qꝛ q̄cq̄d est ibi nō tm̄ suba: sʒ etiā ad se cōicabile est. pʒ ergo ꝙ relatio in diuinis nullā hʒ rationem substātialitatis: qꝛ tm̄mō hʒ rōnē incōicabilitatis: q̄ nec ē ratio sube secūde nec p̄me ꝗtum ad illud qꝺ ptinet ad pfectionē sbe qꝺ est eē hoc. illud em̄ ꝯuenit essentie de se. ¶ Si arguitur ꝯ hoc q̄cq̄d ptinet ad subam p̄mā hʒ ꝑ se rōneʒ aliquā subalitatis. hmōi est incōicabilitas q̄ nō est ibi nisi ꝑ relōnē. ꝗ ⁊c. ¶ Rn̄deo intelligēdo minorē de incōicabilitate ptinēte ad substātiā p̄mā q̄ ē incōicabilitas, singularitas ip̄a vera ē in creaturis: nō sic in deo: ⁊ rō est qꝛ vltimū ꝯhēs nām siue ad singularitatē siue ad incōicabilitatē in creaturis est eiusdem gn̄is cū nā ꝯcta: ⁊ ꝑ ꝯn̄s ip̄m ꝭm rōnē suā formalē ptinet ad genus sube. in deo non est sic: vt dictū est pri⁹: qꝛ vt dictū ē pri⁹ ad incōicabilitateʒ ꝯhere nō pōt aliq̄d ptinēs ad genus sube vel q̄si gen⁹ sube in diuinis: qꝛ q̄dlibet tale ē cōicabile. ¶ Sʒ adhuc arguit illud ꝑ qꝺ in diuis fit ꝯctio vel determinatio q̄litercūq; dicta ad incōicabilitatē vl ad incōicabile. ꝭm rōnē suā formalē est suba vel accn̄s: qꝛ inter hec nō cadit mediū: non autē accn̄s pʒ. ꝗ suba. ergo hʒ propriā substātialitatē. ¶ Rn̄deo. hic rn̄det Aug. 5. de tri. c. 6. ꝙ nō oē qꝺ in deo est ꝭm subam vr̄ vel ꝭm accidēs. dr̄ em̄ aliq̄d ibi qꝺ nec ꝭm subam dr̄ nec ꝭm accn̄s: vtpote illud qꝺ ad alterū dicit. ¶ Si adhuc tertio replices sic. illud q̄ formalr̄ suppositū i diuinis incōicabile ē: aut est tale cui cōpetit for-

maliter inherere aut ɔuenire pōt aut cui repugnat oīno. si pmū: ꝙ est accidēs: si scdm cū illō sit substātia cui repugnat inherere alteri ⁊ hoc ꝑut substātia distinguitˀ ɔ accñs sequitˀ ꝙ hꝫ rationē sube ꝓpriā ⁊ ita ꝓpriā substātialitatē ꝙ ē ꝓpositū. ¶ Rñdeo ꝑm aui. secūdo met. nō īherere ⁊ nō posse inherere: nec est rō sbe vt substātia est genᵘˢ: nec iherere est rō accñtis vel alicuiᵘˢ gñis accñtis: qꝛ īherere est dare esse vel actū ꝑm qd alicui priori simplr enti: sꝫ substātia est illud substractū cui ɔuenit nō īherere vel cui repugnat inherere ⁊ accñs vel q̄litas vel quātitas ē natura cui ɔuenit īherere. Dei ꝙ indiuinis illō mēbrū ꝙ illō ꝙ psona i diuinis est formalr icōicabilis est tale cui repugnat inherere repugnat eñ illi dare esse ꝑm qd alicui enti simplr priori ꝙ ⁊ iherere ⁊ hoc ꝑm rōnē suā formalē: nec tñ sequitˀ ꝙ ꝑm suā rōnē formalē habeat ꝓpriā substantialitatē qꝛ vt dcm̄ est hoc nō cōplet rōnē substātie vt distiguitˀ cōtra alia gña. ¶ Si q̄rto replicetˀ q̄buscūqꝫ repugnat inherere repugnat eis ꝑ aliquā vnā rōnē substātie aūt cōuenit vel alicui de gñe substātie hoc ⁊ ꝑ te ꝓprietati icōicabili in diuis: ꝙ ꝑ alid̄d cōe eis nō ꝑ rōnē entis. qꝛ enti nō repugnat iherere nec ꝑ rōnē alicuiᵘˢ inferioris ente nisi substātie. pꝫ discurrēdo. ꝙ illa ꝓprietas incōicabilis cui ꝑm se repugnat inherere: secūdum se includit ꝓpriā rōnē substātie: et ita habebit ꝓpriā substantialitatē qꝺ est ꝓpositū. ¶ Rñdeo impfectio aliqua pōt repugnare alicui vel qꝛ includit pfectionē simpliciter vel qꝛ icludit impfectionē illi impfectioni repugnātē siqdē sunt multe impfectiōes repugnātes inter se. verbi grā. repugnat deo esse album ⁊ nigro, repugnat esse albū. deo aūt ꝑꝑ pfectionem simplr q̄ repugnat toti gñi coloris imo toti gñi qualitatis immo toti gñi entis cāti: nigro autē repugnat album ꝓpter pfectionē suā limitatā sub gñe coloris q̄ pfectio limitatā necessario hꝫ impfectionē annexā. alia tñ et in alio gradu a pfectione albi: ergo illa ma. negāda est quibuscūqꝫ repugnat eadē impfectio cuiusmodi est iherere vel depēdētia ad subiectum eis repugnat per aliquid idem in ipsis quia nō oportet ꝙ eis quibᵘˢ repugnat aliquid idē sit aliquid vnius rōnis ꝙ a parte ipsorū sit ratio illius repugnantie immo rō propria vniuscuiusqꝫ eorum pōt esse rō repugnātie ad aliquid idem. ¶ Ad propositū inherere siue dependere ad subiectum est impfectio ideo ista repugnat substantie cū ipsa talis entitas sit ꝙ sibi repugnat esse entitatē diminutā: qꝛ dat eē simplr. siue primum quod est oppositū ei quod est inherere. cū hoc etiā repugnare potest relationi in diuinis: que licet non det esse simpliciter: siue per se esse. tamē ipsa talis entitas est ꝙ repugnat. sibi esse entitatē diminutā siue actū ꝑm qd. iherere aūt repugnat eēntie diuine: qꝛ est pfectio simplr repugnat eñ relatiōi diuine: lꝫ nō sit pfectio simplr: qꝛ ipsa ex rōne sua nō pōt esse entitas imperfecta. ⁊ inherere nō potest cōpetere nisi enti dependenti ⁊ per consequens imperfectio.

Cap. 1. S

T Repugnantia duplex.

Propositio. 6.

Ad argumentū

principale rū arguitˀ ꝙ relatio vt

cōparata ad essentiā est rō. ꝙ cā huiꝰ est: q2 ipsa vt ꝯparata ad essentiā trāsit in essentiā. vtrūqꝫ assumptū pt hr̄e vnū intellm̄ verū et aliū falsum. ¶ Pōt em̄ intelligi rō vt rō opponit rei. siue enti ex animā. ꝛ hoc est falsum: q2 ad qd̄ cūqꝫ cōparat semper est res extra animā: ꝓpria realitate que est ad alterum. ¶ Alio mō pōt itelligi rō idem: ꝙ modus siue circūstantia rei fm̄ Boetiū. sic cōcedēdū est ꝙ relatio sit ratio respectu essentie: non tn̄ ꝓpter hoc tollit qn cōparata ad ipsam sit res. ¶ Consilr pōt intelligi trāsire in essentiā vno mō ita ꝙ nō habeat ꝓpriā entitatem ad alterū. ꝛ iste intells est falsus. ¶ Alio mō ꝛ transire in essentiam sic ꝙ nō remanet distincta realiter ab essentia. Et lꝫ nō sit hic qō de identitate vel distinctione relationis ꝛ essentie: imo illa est difficilior qōne ꝓposita: tamē cōcedi potest ꝙ relatio cōparata ad eēntiam est ratio secūdo modo: ꝛ hoc mō non manet realiter distincta: est tn̄ extra animam propria realitate que est ad alterū: et sic manet put manere excludit transitū destructiuum proprie realitatis. ¶ Cōsimilr si inferatur in ꝯclusione ꝙ ipsa vt cōparata ad oppositū est rō supple respectu essentie: q2 sic accipiebat in premissa cōcedit. ad nihil em̄ cōparari pōt qd̄ tollat ab ipsa qn sit modus essentie tn̄ nō cōsequit: ergo vt cōparat ad oppositum non est res: q2 hoc mō esse rōnē nō repugnat ei qd̄ ē esse rem. ¶ Si arguit respectu essentie est res. ergo est alia res. et sic nō trāsit in essentiā quantum ad idētitatem realē. ¶ Rn̄deo ꝙ questio de realitate relationis nō est qō de alietate. imo prima ptinet ad ꝓblema de accidente vel genere: scda ad problema diffinitiuū de eodem vel diuerso: pꝫ ex 1. thop. in exemplo ēt pꝫ idem: hō vt comparat ad sor. est res. immo sor. vt comparat ad sortē est res: ꝛ vtrunqꝫ ꝓbat q2 identitas realis non est nisi rei ad rem. homo est idem realiter sorti: ꝛ sor. est idem sor. ꝛ vt dicit idem sor. ꝯparat sor. pꝫ de se. nec tn̄ hō vel sor. vt comparat ad sor. ꝛ est alia res a sor. sic ē in ꝓposito stat ꝙ relatio vt comparata ad essentiam est res. ꝛ tn̄ nō alia res. Et si queratur nunquid est eadē res cum essentia vl alia si detur ꝙ eadem realr. hoc tn̄ non opꝫ ꝓpter qōnē ꝓpositaꝫ sed sufficit dicere ꝙ ipsa est res q̄ est ad alterum. sic ergo ad quodcunqꝫ comparetur transit in essentiam ꝛ manet.

Ca. 4. ꝛ 5.

Questio. IIII.

Querit 1. ꝑ portationū disti. 26. hāc q. vltiꝰ q̄ ad titulum.

Deinde q̄ritur de relatione originis in cōparatiōe ad psonā. ꝛ spāliter ad psonā primam. ¶ Utrū. s. sepata vl abstracta relatiōe originis possꝫ manere pma psona diuina ꝯstituta ꝛ distincta ¶ Et arguit ꝙ sic. qd̄ aduenit persone constitute nec constituit nec distinguit prima distinctione. relatio originis est hmōi respectu prime psone in diuinis. ergo ꝛc. ꝓbatio inino. relatio originis sequit actionem vt passioneꝫ. ex. 5. met. illa que cōuenit prime persone nō pōt sequi nisi actionē: quia prima persona non est ab aliquo actio aūt non pōt esse nisi suppositi existentis: itaꝙ relatio actōis prosupponit rōnē suppositi. ergo

t. c. 20. 1. met. in phemio.

prima psona est persona vel suppositũ p aliquid prius ipsa relatione. ¶ Opposità abstracta rela latione non manet nisi essentia vel substantia cõmunis que non põt esse ratio constituendi psonã q: non est propria nec incõicabilis. ergo ꝛc.

In hac qõne que supponit qddam dictum cõe s. ꝙ psona diuina constituif p relationẽ. qđ dictũ non discutiatur hic. q: est difficilius proposito. sꝫ sit in istis qõnibus suppositũ tãquã cõiter cõcessum. non enĩ opꝫ oĩa in dubiũ reuocare vbi suppositis dictis cõib⁹ propositũ põt declarari. nã ista qõ non querit generalr si psona diuina põt constitui p relationẽ: sed spãliter de pma psona: q: de ea videf esse specialis difficultas. ꝛ hoc pp priori tatem eius ꝛ alias q̃ videtur repugnare nature correlatiuorum. ergo supponẽdo cõem opi. de eo qđ queritur specialr de prima persona sunt hic quattuor videnda. ¶ Primo supposito ꝙ aliqua psona diuina constituat p relõne: vt vr̃ qõ suppõere an repugnet specialr prime psone? Scđo dato ꝙ non: qua relatione posset prima: persona cõstitui? ¶ Tertio qualr se hñt iste relones adinuicẽ que cõiter concedunt inesse pme psone? ¶ Et vltimo patebit quasi p quodã correlario cum quali abstractione vel separatione possit stare ratio prime persone.

Vide di. 26. pri.

De primo accipio hãc ppositionẽ suppositis eiusdẽ non repugnat

A hr̃e pprietates hypostaticasque sunt simul natura: probaf ista: q: supposita eiusdẽ nature non hñt inter se prioritatẽ nature seu prioritatẽ essentialem. ¶ Et cõfirmaf per phm. 3. met. cõcordantẽ i hoc cũ Platone. in his que sunt eiusdẽ speciei non est prius ꝛ posteri⁹ nũc aũt ex hypothesi scđa persona põt constitui p relationẽ aliq̃ originis. ergo non repugnat prie psone constitui p aliquã pprietatẽ q̃ sit simul nã cuꝫ illa. cuiusmo di est alia relatio originis. ¶ Preterea: si spãliter repugnaret prime psone constitui p relationem originis: non esset pp aliqd cõe sibi ꝛ alijs: q: ex hypotesi non repugnat alij. ẽ pp aliqd ꝙ. est spãle pme psone: sed hoc est falsum: q: nihil est sibi spãle nisi prioritas origis sm quã quelibet psona est ab ipsa ꝛ ipsa a nulla: sed pp hãc prioritatẽ non repugnat sibi ꝯstitui p relationẽ originis ad secundã psonam: q: hoc nõ eẽt nisi pp simultatẽ quam reqrit relo inter duo extrema: q̃ simultas vr̃ repugnare illi prioritati in hac psona

B sed hoc non est verũ. pbo: qñ sunt aliq ordines alteri⁹ rõnis quorũ vn⁹ non includit aliũ nec pexigit nec coexigit necessarium illũ põt iste esse sine illo: imo cũ simultate opposita illi ordini pꝫ satis in exẽplo. ordo durationis ꝛ nature sunt tales: ꝙ ille qui est nãe nõ includit illũ qui est duratõis nec necessario pexigit siue coexigit: ideo nõ põt eẽ sine illo. pꝫ ꝛ rõe. q: nũquã est ĩpossibilis sepatio nisi p hoc qđ hoc includit siue necio coexigit illud. Nunc aũt ordo nature siue essentalis: ꝛ ordo originis sic se hñt ꝙ ordo origis non semp includit ordinẽ essentialẽ: nec ipꝫ necio pexigit nec coexigit. ẽ põt stare simultas opposita ordini essentiali cum ordie origis sꝫ simultas opposita ordini essentiali suf

T. c. 11

ficit ad simultatē correlatiuorū. ḡ pñt aliqua eē simul simultate correlatiuorū:q̄ est simultas essentialis:⁊ tñ esse ordo originis inter ea.minor q̄ est bipartita.s. de non includendo ordinē: vel non exigendo illū pbat:qꝛ ordo nature siue essentialis necessario includit imperfectionem in altero extremorū.s.in posteriori: ordo aūt originis non reqrit nisi ꝙ hoc sit ab hoc:hoc aūt eē ab hoc non includit necessario imperfectionem eius qđ est ab hoc: qꝛ nō icludit necessario ꝙ pcedēs sit imperfectius natura illo a quo procedit. pcessio enim non includit de se ꝙ sit equiuoca:nec pꝫ ꝯñs ꝙ forma imperfectior sit in producto q̄ꝫ in producente.

Iuxta illud qđ supponitur de scđo articulo. dico ꝙ alia relōne constituit scđa persona: ⁊ alia sibi opposita cōstituit pria psona pbat sic.pria pprietas incōicabilis positiua est pprietas ꝯstituti ua prime psone:talis est illa que corrñdet correlatiue pme relōni in psona pducta. ḡ ⁊c.maior pꝫ qꝛ cū psona includat eēntiā ⁊ entitatē incōicabilē q̄ sunt i ista.q. supposita ꝓm Ric.4.de tri.pprietas pme psone nō opꝫ ꝙ aliqd p se importet nisi pmā entitatē incōicabilem.minor pꝫ qꝛ ꝓm sciam cōeꝫ in ista qōne suppositā nihil pōt eē ibi incōicabile nisi pprietas ptinēs ad originē.⁊ pꝫ ꝯñs in pma psona nō est incōicabile nisi pprietas ptinēs ad primā originē.Illa em̄ q̄ ptinet ad secūdā originē cōicabilis est.qꝛ est duarū psonarū pducentiū.Illa aūt q̄ ptinet ad pmaꝫ pductionē actiuā opponit illi que ptinet ad primā passiuaꝫ.sicut em̄ filius primā pprietatē hꝫ ptinētēꝫ ad generari siue dici.ita pater primaꝫ pprietatē incōicabilē hꝫ ptinentem ad dicere siue gignere: qꝛ illa cōuenit patri ꝓm ꝙ hꝫ intellectū secūdū : qui intellect⁹ est prima rō productiua in patre.

Contra istā rōnē instat contra vtramqꝫ istarū pmissarū.⁊ primo quātum ad maiorē videt' em̄ ꝙ ingenitū sit prima rō.cōstitutiua prime psone.⁊ tunc maior est falsa: ꝙ prima : pprietas positiua sit pprietas personalis.hoc pbat auctoritate ⁊ ratione. ¶ Auctoritas est Dama.c.9. Omnia inqt que hꝫ pater filij sunt pter ingenerationē que nō significat dñaꝫ substātie:sed modū existentie. hec ille. ¶ Rō aūt talis est:primū incōicabile est prima rō cōstituendi primā psonā.hoc probat.qꝛ cū essentia sit rō psone essendi simplr et cuilibet psone ēt eēndi hec.nihil ergo vltra requirit ad rōnē psone nisi incōicabilitas. ⁊ ita incōicabili q̄cūqꝫ prio habito habetur psona.sed ingenitū vr̄ importare pmū incōicabile.ḡ ⁊c.pbatio minoris:qđ est ab aliquo ⁊ ab ipso aliud.pri⁹ respicit illud a q̄ est q̄ꝫ illud qđ ē ab ipso : hoc pbat. qꝛ p ipm prius a quo ipm est hꝫ eē: ordo aūt ad posteri⁹ p̄supponit eius esse.Ex ista ppositione đ ordine positiuo ad prius ⁊ posteri⁹ infert hoc ꝯñs ꝙ si aliqd non hꝫ ordinem ad prius:sed tm̄ ad posterius qđ est ab ipso : per prius sibi cōuenit negatio ordinis ad prius q̄ꝫ ordo ad posteri⁹ : nunc aūt prima psona nō hꝫ ordinem ad priorē:⁊ hꝫ ordinem ad posteriorē.ergo sibi prius conuenit il-

Bo.in 1.di.13 q.4.⁊ dubio 3. lrali ⁊ dist. 27.q. 2.⁊.di. 28.q.1

lud qd negat ordinē ad suū pri⁹. tale est ingenitum. Qd aūt prius sibi cōpetat negatiua ordinis ad pri⁹ ꝙ ordo ad posterius. probo qz non tm̄ ꝯtradictoria referunt ad idē instans durationis: sed sicut lz loqui ad idē nūc siue signū nature: hoc pz inducēdo qz cum hec sit vera in primo mō dicendi p se hō est rōnalis hec autē vera in scđo mō hō est risibilis: hec āt p accn̄s: hō est alb⁹: ꝛ sic pn̄t assignari instātia nature siue signa nature quātū ad ordinē istaꝝ p̄dicationū si affirmaret hoiem eē rōnalē p se in pri̇o signo nāe siue pri̇o mō: ꝛ neget ipm eē rōnalem scđo mō siue in scđo signo nature nō est ꝯtradictio sicut nō ē ꝯtradictio si dicat hoiem eē albū in tertio signo: ꝛ nō eē albū in primo signo vel scđo pz ꝙ ꝙ ista nō ē ꝯdictio nisi p eodē signo nāe: ita in signis originis eē ab alio ꝛ nō eē ab alio sunt ꝯtradictoria pz de se ergo p quocūqz signo attribueretur alicui esse ab alio: si hoc sibi cōpeteret p eodē signo attribueret sibi hoc qd est nō eē ab alio si hoc sibi ꝯpetit: sicut ꝙ ei qd ē ab alio p prius ꝯuenit ordo ad illud a quo est ꝙ ad posteri⁹: sic ei ꝙ nō est ab alio prius conuenit negatio ordinis ad pri⁹ ꝙ ordo positiuus ad posteri⁹. Si arguit cōtra hoc ꝙ negatio non hz ꝯstituere personā. ¶ Rn̄det ꝙ illud psonale qd itelligit supaddi eēntie sufficit ꝙ habeat pmā rōnē incōicabilitatis essentia ei psone tribuit ꝛ eē hoc esse ꝛ quicquid positiuū est. Si ergo affirmatio vel negatio possit habere rōnē incōicabilitatis in prima persona sufficit ad ꝯstituēdū psonā illa aūt negatio hz vt pbatū est primā rationē in cōicabilitatis: ergo ꝛc.

Quid eēntia psone tribuit

Cōtra istū modū dicendi arguit sic. proprietas ꝯstitutiua est oīno formaliter ꝛ primo incōicabilis nulla negatio formaliter ꝛ p seipsam est primo incōicabilis. Ingenitū autē vt distinguit formalr ab essentia ꝛ relatione positiua ad pductuz nō dicit nisi negationez formalr qz fm Aug. 5. de tri. c. 6. cū ingenitū dr non qd sit: sed qd non sit ostēdit ꝛ multe auctoritates ad hoc patēt. ergo pria propositio pz qz cū persona sit formalr incōicabilis existentia opz ꝙ illud quo aliqd est psona prio sit formalr incōicabile: ꝙ ꝛc. ¶ Scđa propositio pz qz negatio ppa exigit positiuum propriū ad qd ꝯsequit: nulla eni̇̄ negatio est propria oio alicui. hoc est soli illi necio ꝯueniēs nisi qz repugnat affirmatio opposita. Affirmatio autē quecūqz nulli enti repugnat nisi p aliqd positiuū: qz si p negationē quero an illa negatio consequitur aliqd positiuuz cui repugnat illa affirmatio ꝛ sic hr propositum. Aut nō consequit positiuū ꝛ tūc negatio oīno prima est i illa vnitate sine distinctiōe ꝛ entitate per ꝯn̄s qd est incōueniēs aut necessario dabitur ꝙ negatio consequit positiuū: sz nō propriū isti. ꝙ ꝛc. Et tūc sequitur ꝙ negatio nō erit ppria isti: qz illud p qd negatio cōuenit nō est propriū isti. ¶ Rn̄detur ad mi. ꝙ ingenitū nō iportat negationē simplr sz aliqd ptinēs ad dignitatē qz hoc qd est hr̄e eē a se. Alio ēt mō iportat fontalem plenitudinē qd est pfectiōis simpliciter in pria persona fm Aug. 4. de tri. c. 9. ¶ Cōtra pmū cum dr a se aut itelligit ꝙ hec prepositio a

D.

Guil. anthisiodorensis Quere bon. et vva.

tio.a.importat circũstatiã cause vel pncipij positiui. ꝛ statim ptꝫ ꝯdictio:qꝛ ſm Augu.i.de tri.c.i. nulla mẽs capit ꝙ aliqd sic a se aut intelligit negãnuc tm̃: quia nõ hꝫ aliqd ꝑ principio vel causa:ꝛ hr̃ propositũ de negatione.

2. de ala.t. c.47.

¶Cõtra scdm:fontalis plenitudo aut dicit negationẽ:ꝛ hr̃ propositũ:aut positionẽ: ꝛ tunc vel essentiã.Et seqtur ꝙ si ingenitũ sit ꝓprietas ꝑsonalis. ẜ ꝛ essentia.aut relationẽ positiuã: ꝛ ptꝫ ꝙ nõ nisi ad ꝑsonã.ꝛ tunc si ad ꝑsonã aut ad vnã aut ad plures: non ad ꝓducẽtẽ vel ꝓducẽtes.ergo ad ꝓductã vel ꝓductas si ad plures non poterit esse vnũ formale pncipiũ cõstitutiuũ ꝑsone: si ad vnã ꝛ singularẽ aut relõnẽ ad ꝑsonã ꝑmã ꝓductã aut secũdã:ꝛ tũc nõ tenet̃ positũ.s.ꝙ ingenitum vt distinguit̃ ꝯ paternitatẽ vel spirationẽ cõstituat personã aut relõnẽ vnã abstractã ab istis.s.paternitate ꝛ spiratiõe. et tunc si põt aliq̃ talis relatio cõis abstrahi ab istis duabus. seqtur ꝙ prima ꝑsona nõ aliq̃ vna relatiõe.s.singulari signata in existẽtia sit persona:sꝫ aliq̃ mõ vna abstracta a relationibꝰ;: ꝛ hoc alterius rõnis:qꝛ ꝓbatũ est in.q. precedẽte:ꝙ due ꝓductiões actiue in diuinis nõ pñt esse eiusdeꝫ rõnis:ꝛ tũc pma ꝑsona nõ cõstitueret̃ formalr̃ aliq̃ cõstitutiuo vniꝰ rõnis quasi specifice:sed vno abstracto a duobꝰ quasi alteriꝰ rationis.Nec opꝫ hic immorari:qꝛ multi magistri hic cõcedunt ꝓpositũ quantũ ad magistrũ: ꝙ aliq̃ incõicabili positiuo cõstituit̃ prima ꝑsona de qua est hic sermo. ¶Cũ ẜ arguit̃ ꝓ ista opi.ꝓ ingenito ꝑ Dam̃.patet ꝑ eũ rñsio ibi dẽ subdit em̃ in solis ꝓprietatibus paternitatis ꝛ filiationis et processiõis dr̃iam cognoscimꝰ. ẜ qñ prius accepit olá ꝑter ingene rationẽ ꝛc.intelligẽdũ est ꝙ sub ingene ratione cõprehẽdit paternitatẽ:sicut ptꝫ in diuersis capitulis eiꝰ.nũc nolat vnã ꝓprietatẽ prime ꝑsone:nũc aliã: ꝛ ꝑ ꝯñs ꝑ vnãquãqꝫ intelligit quãcunqꝫ ꝓprietatẽ propriã. ¶Ad rõnẽ cõcedo ꝙ ordo ad prius quẽadmodo ꝑcedit in aliquo ordinẽ ipsiꝰ ad posteriꝰ:maxime qñ ordinatũ est in se obsolutũ:cõcedo etiaꝫ ꝙ negatio ordinis ad priꝰ in absoluto ꝑcedit ordinem positiuuꝫ eiusdẽ ad posteriꝰ:sꝫ nõ sic in illo qđ cõstituitur formalr̃ ꝑ ordinẽ ad posteriꝰ:qꝛ nullus ordo in illo põt eẽ prior:nec etiaꝫ negatio ordinis ꝙ̃ sit ordo quo cõstituit̃ si ẜ esset suppositũ absolutũ posset cõcedi ꝙ ingenitũ eẽt quodãmodo prius paternitate.sꝫ cũ ꝓbat̃ ĝnaliter de quocũqꝫ supposito de ordine ad posterius ꝛ negatione ordinis ad prius. illa ꝓpositio qua dꝛ ꝙ ꝯdictoria referunt̃ ad idem nunc non solũ in ordine durationis:sꝫ etiã nature ꝛ originis:est vera intelligendo de ꝑ se ꝯdictorijs ꝓut affirmatio cõparat̃ ad negationẽ:nõ est aũt vera intelligẽdo de affirmatione ꝛ negatione cõparãdo ad tertium de quo dicuntur. Exẽplũ.albũ ꝓ.a. et nõ albũ ꝓ.b.nõ cõtradicũt.inter se:nec ad quodcũqꝫ cõparantur.ꝛ hoc intelligẽda per.a.ꝛ.b.siue signa durationis: siue signa nature vel originis.Sꝫ si ista cõparãtur ad aliqd cui cõueniunt vel conuenire pñt: nõ opꝫ ꝙ si albã conueniret ipsi.c.pro.a. ꝙ nõ albũ conueniret ipsi.c.pro.a. Ni

Aliorum ¶ Alia dria ē quātum ad hoc q est actū initi fidei:qr fides infusa nō pōt inclinare ad aliqđ falsum inclinat aūt virtute luminis diui ni cuius est participatio:et ita nō nisi ad illud qđ est cōforme illi lu mini diuino. Actus igit credēdi inquātū initit isti fidei nō pōt tē dere in aliqđ falsum. Sed fides acquisita cōiter innitit assertioni alicuius testis q posset deficere. et ideo illa fides non tribuit actui credendi inquantum sibi innititur qđ non possit sibi subesse falsum frequenter tamē non sibi subest falsum:qn.s.testis cuius testimo nio innitit in testificādo illud fit verax. Et dixi cōiter qr deo ime diate reuelāti posset quis credere credulitate acquisita: si aliud nō sit verū reuelari a deo q actum credendi vel noscendi causari ime diatē a deo in eo cui fit reuelatio Et qñcunq ad idē inclinat fides infusa et acqsita: tunc necessario acqsite non subest falsum:non q hec necessitas sit ex ipsa fide acq sita:sed ex infusa cōcurrente cum ipa ad eundem actum. Innititur igit act⁹ credēdi fidei infuse tāq regule certe et oino infallibili a q actus hz q nō possit eē falsus: sz initit acqsite tāq regule minus certe: qr nō per illam repugnaret actui q esset falsus vel circa fal sum obiectū. ¶ Contra istā diffe rentiā potest argui sic:qn ad eun dem actū cōcurrit regula fallibi lis. lz cum regula infallibili ille actus nō est infallibilis. pbat p simile:qr ex duabus pmissis qrū vna est necessaria et alia ptingēs nō sequit conclusio necessaria: et ratio est: qr qđ dependet ex pluri bus nō pōt esse pfectioris condi tionis quocūq illorū: tūc autem quicūq actus credendi ad hoc q eliciat dependet a fide acquisita mouente.igit si illa sit fallibilis: nūq actus elicitus erit ex princi pio: tali quin sibi posset sub esse falsum. ¶ Respondeo ad qđcūq inclinat lumē fidei infuse illud ē determinare verū: si aūt ad idem inclinet simul aliud qđ quantum est de se posset inclinare in falsum nō ab illo alio:vt tale. sed ab isto lumine hetur q in illo actu non sit deceptio. ¶ Tertia differentia posset poni q cōuenit cum prima que.s.est q non percipio me incli nari in act⁹ per fidē infusam siue sm illā eliciere actū:sed tm perci pio me assentire sz fidem acquisi tam vel eius principiū.s.testimo nium cui credo: qr si perciperem me habere actū sm fidē infusam: et cū hoc scirē q sm fidē infusam nō pōt haberi actus nisi determi nate verus: perciperem q actus meus nō posset esse falsus: qr ex hoc sequit q perciperem q obie ctum actus nō posset esse falsum: et tunc scirē illud. i.infallibilr co gnoscerem illđ esse verum:qđ null⁹ experit in se vt credo:quantūcūq aliqs hēat vtrāq fidē: et sm vtrā q assentiat:tm mō igit credimus in vti q tendēs in aliqđ cōplexum sm inclinationem fidei infuse in hoc non posset errare: quis aūt et qñ sm eā tendit:nec ipsemet ten dens scit nec ali⁹ nec aliquis cer titudinalr experitur. ¶ Contra hoc.13.de tri.c.1. Non sic videtur fides in corde in quo est ab eo cu ius est: sed eam tenet certissima scientia clamatq conscientia. et post. Illud quod credere iube mur videre non possumus ipsam tm fidē quando est in nobis vide

Que re ad hoc in plo.re portationū et.j.h dria.3

mus in nobis. ¶Rñdeo. intelligit sic fidem videri quō concedit animam semper se noscere: nō q̄ semper sit actus elicitus: sȝ quia semper est perfecta presentia obiecti actu intelligibilis vñ subdit ibi: rerum absentiū pñs est fides ꝛc. ita q̄ generaliter illud ad qd̄ habet anima potentiam acciden talem propinquam noscendi hoc Aug. dicit eam noscere. ¶Aliter diceretur q̄ accipit fidem ꝑ actu credēdi de qua ibidem parū post dicit. Aliquando rebus falsis ac commodatur fides. hoc est aliqs actus credendi. ¶De sciētia aūt quia dico q̄ non potest aliqs mō ex naturalib⁹ attingere ad sic intelligendum trinitatem in diuinis: quia nō potest scire illud de causa per effectū demonstratione quia quo circūscripto remanet l causa quicquid est necessariū ad causandū. sed circūscripta p̄ ipossibile trinitate haberet quicquid necessarium est in deo ad causandum creatura: q2 ꝛ principiū formale causandi perfectum et completum. ꝛ suppositum habens illud principium formale perfectū vt patet in quadam questiōe p̄re habita de hac mota. videtur aūt ad causationeȝ sufficere suppositum perfectū habens principiū. formale perfectū. ¶De sciētia vero propter quid dico q̄ nō p̄t anima modo ex naturalib⁹ attingere ad sciēdum ꝑpter quid deum esse trinū quia notitia eius qd̄ est propriissimū subiecto non ꝯtinetur virtualiter primo et euidēter nisi in p̄ se ꝛ ꝓprio ꝯceptu subiecti vel in ipso subiecto sic ꝯcepto esse trinuȝ est hmōi respectu dei igitur nō pōt sciri ꝑpter quid de deo nisi habito tali cōceptu dei: sed talis nō habetur ꝑ statu isto de lege cōmuni. sicut patet in prima ꝯclusione que fuit de simplici notitia terminorum. probatio maioris. q2 tale ꝓpriū aut sciret de subiecto ꝓprio ꝛ p̄ se ꝯcepto ꝛ tunc ptȝ veritas illius maioris. aut sciretur de subiecto concepto in vniuersali vel indistincte: ꝛ de ipso sic ꝯcepto nō pōt sciri ꝑpter quid nisi p̄ conceptum illius proprium et distinctum. Exemplū esse primam figurarum non pōt sciri ꝑpter quid de aliqua figura in communi nisi p̄ medium proprium. s. p̄ rationem circuli. nec mirum quia p̄dicatum propriuȝ ad hoc q̄ sciatur ꝑpter qd requirit mediuȝ ꝓprium. De isto sciri ꝑpter quid vere essent due p̄me ꝯcusiones que posite sunt supra in questione de omnipotentia: sȝ nō sunt hic ad propositum: quia hic tantum queritur de notitia possibili modo sic haberi ex naturalibus.

Marginalia: 2 — Ms. F. q. 8. ꝛ 2. q. 1. — M — 1. post. t.c. 23. — q. 7.

De secūdo p̄ncipali lȝ notitia per se ꝛ ꝓpria ꝛ immediata possit distingui in intuitiuaȝ ꝛ abstractiuā de qua distinctiōe pri⁹ est habitū. tñ de vtraq; vr̄ ista cōclusio tūc tenēda q̄ aīa nō pōt attingere ad notitiam dei ꝓpriā ꝛ immediatam ex perfectione sua naturali etiā ꝑ quocunq; statu nature: ꝯcurrētibus etiā quibuscunq; causis naturaliter motiuis ipsi⁹ anime ad cognoscendum. ꝛ ideȝ diceretur de angelo. ¶Et rō est q2 omnis talis intellectio scilicet p̄ se et propria et immediata requirit ipsum obiectum sub propria ratione obiecti presens ꝛ hoc vel in propria existētia. puta si est intuitiua. vel in aliquo p̄fecto rep̄-

Marginalia: M — q. 6. et 13. ꝛ. in 2. di. 3. q. 9. et l. 3. dis. 14. q. 3 et sup. 7. me. q. 15. et 18.

sentãte ipm sub ppria ꝛ p se rõne cognoscibilis. si fuerit abstractiua. deus autez sub propria ratione diuinitatis nõ est presens alicui itellectui creato nisi mere voluntarie de presentia reali pz per illud Ambro. super lucam in ei⁹ potestate satis est videri cui⁹ nature non est videri si vult videt: si non vult non videtur optime dicit ꝙ eius nature non est videri. supple a creatura qꝛ eius natura non est causa naturaliter actiua huius visiõis nec etiã aliqua natura creata q̃ est naturaliter actiua potest esse cã hu⁹ visionis vel perfecte presentie obiecti: qꝛ non põt ꝯtinere in se perfecte essentiã illã ꝺm entitatez suã. igit nec ꝺm suã intelligibilitatẽ. ¶ Per idẽ et pz: ꝙ nihil creatũ põt esse cã eius pñtie etiã abstractiue apud itellectũ: qꝛ nõ põt cãre aliqd qꝺ sit repñsentatiuã ppriũ ꝛ p se diuinitatis sub ppria ratione cognoscibilis: qꝛ tale representatiuũ nõ põt cãri nisi vel ab ipsomet cognoscibili: vel ab aliquo pfecte ꝯtinẽte ipm sub rõne sue cognoscibilitatis. Et si igitur de⁹ possit cognosci p aliqꝺ repñsentatiuũ: illud tñ non posset cãri nisi imediate ab ipso deo illꝺ volũtarie causante. ¶ Cõtra [illegible]. qcquid p se ꝯtinet sub p̃io obiecto naturali alicui⁹ potẽtie: ad illꝺ potẽtia põt naturalr attingere alioqn obm primũ nõ esset adequatũ potẽtie: sz transcendens in rõne obiecti. nũc aũt est qꝺ est primũ obm naturale in tellꝰs verissime ꝯuenit ipi deo igr ꝛc. ¶ Diceret ꝙ obm primũ naturale põt duplr itelligi. Uno mõ ad qꝺ potẽtia iclinat. Alio mõ ad qꝺ potẽtia potest naturaliter attingere. s. ex cõcursu causarum naturaliũ ens. Ens i sua cõitate siue sit vniuocationis siue analogie nõ curo mõ ꝛ si ponatur obm adequatũ cuiuscũqꝫ itellꝰs creati loquẽdo de obꝺ adequato primo mõ nõ tñ de obiecto adequato secũdo mõ immo sic p quocũqꝫ statu cuiuscunqꝫ intelꝰs creati p̃cise ens limitatũ est obiectũ adequatum: qꝛ p̃cise illud potest attingi virtute cause naturalr motiue intellectus. ¶ Sed nec ens adhuc in tãta cõitate acceptum est obiectũ naturale itelꝰs humani vt vident aliq dicere: sz spãliter quiditas rei materialis. ¶ Ad qꝺ ponitur talis rõ potẽtia em pportiõatur obiecto. Triplex aũt ponitur potẽtia cognitiua. Quedã omnino sepata a materia ꝛ in essendo ꝛ in cognoscẽdo vt intelꝰs substãtie sepate. Alia ꝯiũcta materie ꝛ in essendo ꝛ in opando vt potẽtia organica: sicut sen⁹. Tertia q̃ est forme hñtis esse in materia. sz ipa nõ vtit materia siue organo materiali in opando talis est intellectus nr̃. Isti triplici potẽtie correspõdet triplex obiectuz pportionatũ p̃ie q̃ditas sepata oĩno a materia scꝺe singulare oĩno materiale tertie igit corñdet quiditas rei materialis: q̃ licet sit in mã: tñ nõ cognoscitur vt in mã singulari. ¶ Sz ꝯ arguitur qꝛ si illud intelligeret de pprio obiecto intelꝰs humani vt est talis potentia: sequeret ꝙ intellect⁹ bti hꝛet q̃ditatẽ rei materialis p obiecto adequato vel si nõ nõ maneret eadẽ potẽtia que mõ: quorũ vtruqꝫ est falsum. ¶ Nec valet dicere ꝙ eleuat p lumen glorie. null⁹ em habitus eleuãs potẽtiaz põt hꝛe obiectũ ꝙ trãscẽdat primũ obiectum potẽtie: qꝛ tũc ille habitus

idẽ hz au. de videndo deũ

vid vr i. 1. q. 2 et hũc q. 1. et alibi sepe.

th. 1. p. sum. q 12. ar. 4. 84. 85. ar. 1.

non esset illius potētie: sȝ vel esset in se potētia: vel faceret potentiā esse aliā ab ista: sicut hret aliud obiectū pmū. ¶ Dico igr̄ ꝙ obiectū naturale hoc est nālr attigibile adequatū itellectui nr̄o ⁊ si pro statu isto sit q̄ditas rei mālis: vel forte adhuc spāli⁹ q̄ditas rei sensibilis intelligēdo: nō de sensibili ꝓprie solum: sed etiā de incluso essentialiter vel virtualr̄ in sensibili: tn̄ obiectum adequatū intellectui nr̄o ex natura potētie non est aliq̄d speciali⁹ obiecto intell'ꝰ angelici q: quicq̄d potest intelligi ab vno ⁊ ab alio ⁊ hoc saltē ꝯcedere dȝ theologus q̄ ponit istum statū nō eē naturalē nec istā impotētiā itelligēdi respectu multorū intelligibiliū eē naturalē sȝ penalē. Juxta illud. 15. de tri. 27. certa inq̄t oculis tuis iteriorib⁹ lux illa monstrauit. illa. s. eterna de qua ibi locutus est: et subdit que igit̄ cā est cur acie fixa lucē ipsam videre non possis? nisi vtiq̄ infirmitas: ⁊ q̄s eā tibi fecit nisi iniquitas ⁊ de hoc supra ibidē. O tu anima mea vbi te sentis esse? vbi iaces? sequit̄ agnoscis recte te eē in hoc stabulo quo samaritanus ille pduxit illū quē reperit multis a latronibus inflictis vulneribus semiuiuū relictū. ¶ Tn̄ phs q̄ statū istū diceret simplr̄ naturalē hoi nec aliū expertus erat nec rōne cogēte cōclusit diceret forte illud eē obiectū adeq̄tū intellect⁹ humani simplr̄ ex natura talis potentie quod percepit sibi esse adequatum pro statu isto.

Cōtra ista arguit̄. ꝙ ens nō tm̄ limitatū: sȝ illimitatū sit obiectū naturalr̄ motiuū intell'ꝰ creati: ⁊ ita ens vt est indifferēs ad vtrūq̄ erit obiectū adequatū naturale s. p actionē cause nālr agētis attingibile. ¶ Et arguit̄ primo sic. eiusdē obiecti pmi accepti sȝ suā totā indifferētiā ad potētiā quā pmo respicit totā indifferētiā est idē modus se habēdi in mouēdo s. nāliter vel nō naturalr̄. nūc aūt ens illimitatū mouet naturaliter aliquē itellectū diuinū igit̄ simili modo mouet quēlibet itellectū. Alia est minor ista. aliq̄d ens mouet nāliter intellectū cātum ⁊ sequit̄ igr̄ quodlibet simili mō mouebit. Maior ista ꝓbat̄ pmo inducendo de potētījs ⁊ obiectis earū pmis ⁊ p se obiectis ꝯtētis sub illis pmis ꝓbat̄ scdo qđ obiectū ꝓpriū s̄m totā suā indifferētiā est adeq̄tū obiectū ⁊ respicit potētiā suā s̄m totū genus suū vt ꝓpriū extremū. Aliq̄s igit̄ ē modus ꝓprius s̄m quē hoc extremā respicit illđ. Jlle igr̄ idē modus saluabit̄ inter q̄cūq̄ extrema pticulariter cōtenta sub istis primis extremis q: pticularia extrema ⁊ se respiciūt s̄m hoc ꝙ icludūt pma extrema ⁊ ita se respiciūt eodē mō q̄ illa prima. ¶ Preterea ois actus p̄cedens actū volūtatis est mere naturalis. nunc aūt actio essentie diuine etiā vt est obiectū mouēs intellectū creatū p̄cedit actū volūtatis igit̄ ⁊c. ꝓbatio minoris: q: essentia vt essentia est obiectum beatificū: nō aūt essentia vt volūtas vel vt volens igit̄ mouere ad actū beatificū cōuenit essentie ratione qua essentia est et per ꝯñs illa erit prior actione voluntatis. ¶ Confirmatur. q: si p ipossibile deus non esset volēs essentia sua naturaliter moueret intellectum ad videndū ipsam igitur ⁊ modo similiter mouebit cū nō moueat

Difficultates notabiles.

inq̃ʒtũ voles sicut nec est p̃mũ obiectũ inquãtũ voles. ¶ Preterea. obiectũ oẽ gignit notitiã actualẽ sui ⁊ ista gignitio ẽ naturalis ꝑꝑ qꝺ genitũ ꝺꝛ ꝓles ꝭm Aug. 9. ꝺe tri. c. vl. igr̃ ista visio essentie ĩ intellectu beati nãlr̃ gigneꝛ ab illa eẽntia. ¶ Preterea si volũtas necessario ꝯcurrit cũ eẽntia in rõne ꝑncipij motiui ad actũ btificũ in tellect⁹ creati q̃ro q̇s est oꝛdo eẽntie ⁊ volũtatis in mouẽdo: volũtas em̃ nõ põt ꝺici rõ motiua pꝛima ⁊ eẽntia scꝺa quasi ꝟtute ei⁹ mouẽs opꝫ igit ꝺare ecõuerso. s. ꝙ essentia sit p̃ma rõ motiua sed p̃ma rõ motiua in mouẽdo tenet suũ ꝓpꝛiũ modũ mouẽdi nõ em̃ ꝺeterminaꝛ ad mouẽdũ ꝑ illꝺ qꝺ scꝺm est ſꝫ ꝺetermiat ipm ad mouẽdũ sicut videmus ꝙ actiuũ na turalr̃ quãtũ est ꝺe se necessario agit: in illa tñ actiõe in qua subiacet volũtati nõ necessario agit ſꝫ põt cõtingẽter agere ⁊ non agere: nõ quidẽ ex se ꝓpter cõtingentiã in volũtate ad agendũ. ¶ Similiter si volũtas in agẽdo subiaceret pꝛincipio naturaliter actio ꝺeterminaretur ab illo ad ꝺeterminate agendum.

Hic intelligẽdũ est ꝙ motio oĩno p̃ma in entib⁹ est necessario naturalis: qꝛ omni motioni volũtatis est alia p̃supposita. Et si aliqua motio in entibus ẽ ꝯ naturalis: maxime motio volũtatis est non naturalis. ¶ Itẽ aliqua motio põt intelligi esse ad terminũ simplr̃ ĩfinitũ aliqua aũt ad terminũ finitũ vel ad infinitũ ĩcludentẽ finitũ ⁊ illa q̃ est ad terminũ infinitũ simplr̃ est pꝛioꝛ: qꝛ nõ potest infinitũ ꝑexigere finitũ. Sicut igiꝛ loqui possumus lꝫ ĩpꝛopꝛie accipiẽdo motionẽ extẽsiue assignari p̃t oꝛdo motionũ in entib⁹ ⁊ sic loquẽdo oĩno p̃mũ mobile motione naturali extẽsiue loquẽdo est intell'ꝯ ꝺiuin⁹ ⁊ iõ p̃mũ motiuũ motiõe naturali est essentia ꝺiuina vt ẽ pꝛimũ obiectũ ĩtell'ꝯ sui igr̃ oĩno pꝛima motio est naturalis motio in tell'ꝯ ꝺiuini a suo obiecto ⁊ cũ naturale mouẽs moueat mobile inquãtũ põt illud autẽ obiectũ põt mouere ad intellectionẽ actualẽ sui ⁊ hoc ĩ itelligẽtia ĩgenita illi⁹ ꝑsone in qua pꝛimo est essentia: ⁊ ad actualẽ notitiã sui genitã ad vtrãq̃ nãliter mouebit: lꝫ oꝛdine quodã: qꝛ qꝺ est alicui pꝛincipiũ opandi opatione ĩmanẽte ⁊ ꝓducẽdi ꝓductũ ꝺistinctũ quodãmõ est pꝛi⁹ ꝑncipiũ operãdi. ¶ Si ꝺicas ꝙ ꝓductio ĩmanet in ꝺiuis sicut opatio. ¶ Respõdeo ꝓductio nõ ĩmanet quãtũ ad terminũ opeꝛatio aũt oĩno ĩmanet. ¶ Similiter essentia est naturale motiuũ ad ĩtelligẽdũ quodcũq̃ ĩtelligibile simplex ſꝫ nõ nisi pꝛi⁹ illa essentia sit in oĩb⁹ suis suppositis: nõ q̇dẽ ꝙ sine hoc esset ꝺefectus p̃ncipij actiui: ſꝫ ex ꝑte termini req̇riꝛ oꝛdo. Sic igiꝛ cõpleta est actio mere nãlis ⁊ ad terminũ oĩno p̃mũ. s. ĩfinitũ vbi motio oĩno pꝛia est elicere vel quasi elicere intellectionẽ ĩtelligẽtia p̃ꝛna: ⁊ huic ꝓxima est gignere verbũ. Post hãc sequitur actio q̃ nata est esse ad terminũ oĩno pꝛimũ: puta ad essentiã p̃mã cõicãdã: q̃ lꝫ nõ sit naturalis: tñ est oĩno necessaria et hec est motio voluntatis: ⁊ hec quasi est ꝺuplex. s. ad amare simplex et etiã ad amoꝛẽ ꝓcedentẽ ⁊ hec ꝺuplex motio volũtatis coꝛrespondet ꝺuplici motiõi naturali q̃ ꝺi-

ꝺigressio ꝓfundissima theologica funꝺamentalis vbi q̃ notãda. Q

Nota pũctũ: q̃ itelligis actioꝛa.

R

cta est eē in intellectu ad itelligere τ dicere. ¶ Cōtra actio naturalꝭ in eodem precedit actionē nō naturalē nūc aūt p te actiōe naturali itelłs diuinus itelligit creabile igꝭ ista actio p̄cedit oēm actionē volūtatis τ ita spirationem spūs sancti. ¶ Rn̄deo maior est v̄a loquēdo i eodē ordine ex parte termini hic aūt est alius ordo ex pte p̄mi termini τ scđi τ iō naturalis in vno ordie seqꝭ nō naturalē in alio ordine p̄ma em̄ distinctio ordinū attēditꝭ ex parte terminorū scđa ex pte p̄ncipiorū q̄ntū ad modū p̄ncipiādi. ¶ Cōtra ordo p̄ncipiorū est p̄or ordine terminorū sicut τ p̄ncipiū termino nā p p̄ncipiū termin⁹ pducitꝭ vel cōicatꝭ.

S ¶ Rn̄deo an̄s verū est de termino totali q̄ simpłr capit esse nō autē de termino formali q̄ solūmō capit esse ɓm q̄d. ¶ Cōpleto aūt: toto isto pcessu originis respectu p̄mi termini .s. eēntie diuine cōicāde sequitꝭ ordo alius respectu termini scđi eēntie .s. creabilis τ q̄dē essentia ipa diuina in isto scđo ordine mouet p̄mo ad itellectionē simplicē oīs intelligibilis τ hec itelligentia vt iā est in tribus suppositis non aūt mouet ad distinctā notitiā veritatis cuiuscunq̄ complexionis: qꝛ si moueret determinate ad cognoscendā alteram partem in futuris contingētibus: cum naturale mouens necessario moueat: sequitur q̄ intellectus diuinus necessario intelligeret hanc partem contradictōis fore veram τ ita vel posset errare vel oppositum non posset euenire τ tunc non esset contingens: sꝫ necessarium: illud quo ponitur esse contingēs si queratꝭ cū idem videatur esse ordo cuiuscunq̄ intelligibilis ad p̄imū intelligibile quare p̄mū non eque necessario mouet ad cognitionem cuiuscunq̄? ¶ Respondeo naturaliter moueret τ p consequens necessario ad cognitionem cuiuscunq̄ q̄d est possibile naturaliter τ necessario cognosci: huiusmodi est quodcūq̄ obiectum simplex: τ ēt quodcūq̄ cōplexū verum necessariū non autē tale est aliquod cōplexū de existentia contingentis quia non autē tale est aliquod cōnatū ad veritatē. ¶ Et si queras quare non necessario mouet ad talem cognitionē de cōplexo habendam qualis posset haberi de eo. ¶ Respondeo aut moueret ad cognoscendum sub disiunctione hoc forte vel nō fore: τ hec cognitio nō est determinata de altera parte. Aut si moueret determinate ad cognoscendum alterā partem illa necessario esset determinata. ¶ Completo igꝭ toto ordine motiōis necessarie sequitꝭ motio ɔtingēs illa nō pōt eē p p̄ncipiū naturalis motionis qꝛ illius nō est nisi necessario mouere igitꝭ opꝫ illi⁹ motiōis p̄ncipiū ponere volūtatē. Et fit hmōi motio contingēs ordiate. ¶ Primo ad intra quia nisi ipa volūtas determinet in se ad volēdum alterā ptē nūq̄ determinabit aliquid ad extra. ¶ Primo igꝭ determinat se ad volēdū hoc fore determinate. ¶ Secūdo ex hoc itellectus vidēs istā determiatiōnē volūtatis ifallibilē nouit hoc esse futurū ecōuerso igꝭ est in motiōe necessaria τ ɔtingēte qꝛ i necessaria p̄mū p̄ncipiū est nāle τ iō p̄mo nāłr determiatꝭ ad ppriā actionē: In ɔtīgēte aūt p̄mū principiū est liberū cuius actionem in primo ordine sequitꝭ

Cā no / abilꝭ / au- / s ma / ifesta / hilo- / phā / b⁹ at / theo / gis.

naturalis. ¶ Cōpleta vero motione contingente ad intra sequitur motio ad extra. Jlla igit̃ tota est ꝯtingēs: ⁊ per ꝯñs immediate ipsius volūtatis vt principij. nullū igit̃ intell'm creatū mouet essentia vt essentia tanq̄ motiuū per modū nature: sȝ oēm intellectionē illius essentie quā non causat aliqđ creatū causat imediate voluntas diuina. ¶ Per hoc ptȝ ad argumēta iā facta in ꝯrium. Maior em̄ primi argumēti dȝ sic itelligi: quācunq̄ potentiā immediate mobilē a tali obiecto ipm obiectum vniformiter mouet. ¶ Nūc aūt q̄tum ad primā minorē eēntia diuina est motiua imediate sui intell's sȝ nō intell's creati: qꝛ intell's diuin⁹ est primū mobile oīno. ⁊ iō prio monet̃ a pria forma motiua ⁊ nihil aliud est imediate mobile a prima forma motiua qꝛ non pōt imediate mouere nisi primo mō motiōis: ⁊ nihil aliud natū est sic moueri. Si igit̃ ꝯcludas q eēntia diuia eodē mō mouet oēm intell'm: ꝯcedatur quem imediate mouet: sȝ ille est solus intellect⁹ diuinus: vt pȝ ex dictis ¶ Alia aūt minor. s. q obiectum creatū naturalr̃ mouet: vera est de intell'u quē imediate mouet. falsa aūt esset si aliquē itell'm moueret mediante actu voluntatis. qꝛ illū nō naturalr̃ moueret: sicut si volūtas mea possit libere cāre intellectionē essentie mee in te. Sȝ isto mō forte nō est de aliqua essentia ⁊ volūtate creata: qꝛ quelibet essentia est immediate motiua intell's creati: ⁊ iō motiōe naturali. nlla aūt volūtas creata est motiua ad intellectionē pfectam alicui⁹ essētie vt essentia est: qꝛ nec pfecte eā ꝯtinet eminēter vel vnitiue: ⁊ qualr̃cunq̄ sit de obiecto creato mouēte intell'm naturalr̃: pȝ prius q nō est eadē rōne de essentia diuina: qꝛ ipa nō ē immediate motiua alicui⁹ intell's nisi primi. ¶ Ad aliō dico q mouere ad actū beatificū nō est proprius actus illius essentie diuine: neq̄ est prius actu volūtatis immo est ꝓprie actus illius volūtatis. eēntia em̄ vt quodāmodo prior volūtate: lȝ sit obiectuȝ primū ⁊ immediatū illi⁹ visionis in rōne terminātis: tñ nō est obȝ immediatū in rōne mouētis: sȝ tm̄ mouēs remotū ꝑ q̄to mouet intellectū diuinū ad visionē p̄cedētem illud velle quo mouet̃ intellect⁹ michaelis ad visioneȝ. ¶ Et ꝑ hoc pȝ ad ꝯfirmationē ibi positā: qꝛ si illa eēntia nō esset formaliter volēs nihil oīno posset cāre ad extra: qꝛ nihil posset cāre nisi naturalr̃: ⁊ q̄dcunq̄ extrinsecum cū sit formalr̃ possibile nō posset esse a necessario nisi cōtingenter. ¶ Ad tertiū dici potest: q eēntia nō hȝ rōnem motiui ad visioneȝ sui ab intellectu creato: nisi inq̄tum p̄supponit̃ ipsaȝ mouisse intellectū diuinū ad visionē que p̄supponit̃ ipsi velle diuino motiuo intellect⁹ creati: nō igit̃ se habēt essentia ⁊ volūtas vt mouēs superi⁹ ⁊ inferius ꝓprie loquēdo sic intelligēdo q vtrūq̄ attingat ipm motū: sȝ tm̄ volūtas attingit intell'm creatū: tñ p̄supponit motionē intellect⁹ diuini ab ipa eēntia sine qua ipa volūtas nō haberet illud velle quo mouet. ¶ Si arguit̃ ꝯ hoc: qꝛ volūtas vt volūtas nō pōt mouere nisi ad videndū volūtatē vt volūtas est nō aūt ad videndū essentiā vt essentiaȝ nunc aūt videre volūtatem vt vo

Argumētum subtilissimum

luntas est: et nõ essentiã vt eẽntia est: non est videre obiectum beatificũ. ꝓbatio minoris: q: idez est obiectũ beatificũ intell'ẽs creati et intellectus diuini. Intellect⁹ aũt diuinus nõ beatificat in vidẽdo voluntatem vt volũtas est. q: voluntas nõ est primũ obiectũ intellect⁹ sui et nõ beatificat nisi attingendo primum obiectũ. ꝓbatio maioris: q: cũ voluntas sit quasi posterior ipsa natura: q: proprietas nõ põt esse principiũ causandi ꝑfectam visionẽ essentie vt eẽntiã est que quodãmodo est prior et ꝑfectior. Iuxta illud Dama. c. 12. totũ inquit in seipso cõprehendens h₃ esse velut quoddã pelagus substãtie infinitũ₃ etc. ¶ Ad istud dico ꝙ q: volũtas est perfecte idẽ cũ essentia. iõ põt eẽ principium motiuũ ad videndum eẽntiã vt essentia est negãda: est igit illa maior. verum quidem est. qđ ibi affirmat: s. ꝙ volũtas põt esse principiũ motiuũ ad videndũ voluntatẽ vt volũtas est falsum autẽ est qđ ibi negat. s. ꝙ non põt esse principiũ ad videndũ essentiã vt essentia est. ¶ Ad probationẽ maioris rñdeo: ꝙ prioritas illa est q̃si prioritas fundamenti: sed illud fundamentũ nõ solũ est perfecte idẽ cũ illo qđ intelligit fundari in eo: s₃ etiã illud h₃ ꝑfectionẽ formalẽ formalr̃ infinitã propter qđ ꝑfecte identice et vnitiue ↄtinet ꝑfectionem fundamẽti: et ꝓpter istã rõnem põt volũtas eẽ principiũ cõicandi essentiã: q: ipsa est idẽtice oĩno eiusdez ꝑfectionis cũ essentia. ¶ Ad aliud poss₃ dici: ꝙ Augustinus loquit ibi de notitia que est verbũ vñ cũ dixisset nascit ꝓles ipã trinitatis notitia subdit in fine capituli. Est q̃dã imago ipa mens et notitia ei⁹ que est ꝓles eius: ac de seipã verbum ei⁹ et amor tertius hec ille. Non igit quecũq₃ notitia actualis obiecti est verbũ ei⁹: s₃ illa sola que de ipso nascit tanq̃ ꝓles: hoc est nõ tñ est naturalis similitudo eius s₃ naturalr̃ gignit ab ipso nascendo notitia: igitur actualis que ꝓducit immediate ꝑ volũtatem nõ est verbu₃ obiecti: q: et si sit similitudo naturalis obiecti non tñ est naturalr̃ genita. ¶ Et ꝓpter istud posset dici: ꝙ beatus nõ h₃ verbum de deo: q: et si illa visio sit imago diuine essentie ipsam naturalr̃ representãs: nõ tñ est imago naturalis naturalr̃ ab ipã ꝓcedens sed illius essentie est tñ vnicum verbum: et hoc in solo intellectu increato. in quo solo põt esse notitia ipsius obiecti naturalr̃ genita. ¶ Aliter posset dici ad illud. 9. de trinita. cũ dicit Augustinus ꝙ omnis res quãcũq₃ cognoscimus ↄgenerat in nobis notitiã sui: qđ vel intelligit de re quã naturaliter cognoscim⁹: hoc est ex causis naturaliter motiuis intellectus nostri illa quidem in seipsa vel in causis suis cõgenerat: hoc est naturali fecunditate et necessitate causat in nobis tanq̃ naturalẽ similitudinẽ notitiã sui et sic verbũ non gignit nisi de memoria nũc aũt obiectu₃ qđ fit cognitum per actum volũtatis nõ oportet preesse in memoria: vel saltem nõ agit vt preexistens in memoria. Sic igitur mõ dicto saluatur proprie rõ verbi. ¶ Vel si hoc quod ait omnis res extendatur etiam ad essentiam diuinam tunc illud quod sequitur scilicet congenerat notitiam sui debet intelligi vel formaliter pro obie

Bb

Ca. vi.

cto naturalr motiuo vel equiua- lenter ꝓ obiecto increato: qꝛ ipm vel per se vel per aliquid sibi idē causat in nobis notitiā sui que equiualet in perficiendo intellēm ac si eēt ꝓles naturalr genita: qꝛ est similitudo naturalr ducēs in obiectum sicut si eēt ab obiecto naturalr expssa. ¶ Hinc videnṫ seq̄ ꝙ essentia nō est repñtatiua sui michaeli pri⁹ natura ꝙ̄ visio ei⁹ causatur in michaele. igiṫ multo magis nō est representatiua alicuius alterius: sꝫ tā ipsa ꝙ̄ alia ꝯtingenter repñtanṫ per actū voluntatis: ita ꝙ ipm repñtare non est p̄cedens q̄uocunq; ipam intellectionē obiecti qd̄ dr repñtari. ¶ Sed si queraṫ hic repñtatio q̄- dāmodo prior actuali intellectione illa tm̄modo inuenitur in memoria ꝛ i memoria diuina nihil proprie est nisi obiectum qd̄ quasi tribuit actuꝫ primū siue immediatum actui scd̄o. s. intellectioni actuali. illud autē sic actuans est ꝑñtia completa primi obiecti. s. essentie diuine. ¶ Cōtra: q̄uo igṫ beatus videt obiectum secundarium in essentia si non est aliquo modo ibi repñtatū: ꝛ nō repñtaṫ sibi in voluntate: qꝛ voluntas nō est speculū in quo videaṫ lꝫ ꝑ voluntatē manifesteṫ. ¶ Rñdeo. lapis vr̄ in essentia diuina. nō vt in speculo in quo reluceat vt obiectum pñs. sꝫ ipa essentia se solā ꝛ soli suo intellectui se repñtat añ actū intelligendi: sꝫ lapis vr̄ i eēntia diuina: vt obiectuꝫ secūdariū in primo obiecto: nō q̄dem motiuo ad intellectionē scd̄i: sicut intellectum ꝓprium: ꝛ sicut intellectum nostrū mouet principiū ad ꝯclusionem sꝫ ordine primi obiecti ꝛ scd̄i termināti quodā alio.

Speculatio singlaris

scꝫ voluntate mouēte ad ista duo obiecta ordine quodā actum intellectus termināti.

De tertio principali dico: ꝙ aīa et naturalibus in quocūq; statu vł angelus nō pōt cognoscere essentiā diuinam sub rōne ꝓpria mediate. sic intelligēdo ꝙ per obiectum cognitū mediū: vel in obiecto cognito media cognoscaṫ rō eius: qꝛ nihil pōt ꝑ se distincte intelligi hoc mō mediate: nisi in illo medio contineaṫ essentialiter ꝛ virtualr: ꝛ hoc ꝑfecte. s. ꝺm totam rōnem cognoscibilitatis sue. eēntia diuina in nullo alio sic cōtinetur igitur ꝛc. minor probaṫ qꝛ nihil aliud a diuinitate ꝯtinet eaꝫ ꝑfecte sub rōne entitatis: igṫ nec sub rōne cognoscibilitatis. maior probaṫ. qꝛ obiectū q̄dcunq; si moueat ad aliquaꝫ notitiā tunc ꝺm vltimuꝫ virtutis motiue mouet ad ꝓpriam ꝛ ꝑfectā notitiam sui igiṫ nec p̄t mouere ad notitiā simplr perfectiorem illa nec per ꝯñs ad notitiā ꝓpriā ꝑfectioris obiecti. ¶ Cōtra istd̄ instaṫ p̄mo contra rationem sic. sufficit ꝙ cā ꝟtualiter contineat illud cui⁹ est cā: ita ꝙ ad hoc ꝙ sit causa nō oꝫ ꝙ contineat illud cuius non est causa nunc autem quicquid moueret ad distinctam ꝛ perfectā notitiam essentie diuine: non ꝓpter hoc opꝫ ꝙ esset causa illi⁹ eēntie: sed tm̄ causa illius notitie. igitur lꝫ nō contineat illam essentiā. vt probatur si tamē contineat illaꝫ notitiam: vt puta ꝙ sit ꝑfectiua ca: sicut substantia est perfectior accidente hoc sufficit ad hoc ꝙ moueat intellectum ad taleꝫ notitiam. videtur autem ꝙ illa notitia possit eminenter continere

De

2. met. t. c. 4.

in substantia angeli vel anime. cū illa substātia sit multo perfectior ꝙ notitia: ꝛ multo imediatior ipsi obiecto in ordine essentiali. ¶ Preterea. instat ꝯ conclusionē illā probatā. primo sic. per illud qḋ est imago ppria alicuiꝰ obiecti vr̄ posse distincte cognosci illud cuius est imago. sic enim sensus visus distincte cognoscit obiectū in speculo. nūc aūt nō solū angelus: sed etiā aīa est imago dei ſm Aug. 14. tri. c. 8. vterqꝫ aūt pōt distincte cognoscere seipsum etiā ex naturalibus: sicut de ipsa aīa de qua minus vr̄ vult Augu. 14. de tri. c. vlt. q̄m semꝑ se noscē: semperqꝫ seipsam velle cōprehendebat̄ simul et semꝑ sui meminisse: semperqꝫ seipsam intelligere ꝛ amare comprehenderetur: ꝙuis nō semper se cogitare discretam ꝛc. ꝛ eodē li. 14. c. 4. vel. 9. diximꝰ mentē noscere semetipsam nihil em̄ tam nouit mens ꝙ illud qḋ sibi p̄sto. est nec mēti magis quicꝙ presto est ꝙ ipsa sibi: et de hoc ibidem multum. c. 6. ꝛ. 7. ¶ Secūdo instat̄ ad idē per hoc ꝙ intellectus creatus beatus pōt naturaliter cognoscere suū actum beatificū. igit̄ per illū pōt naturaliter cognoscere obiectū consequētia ista probat̄. tum qꝛ actus est naturalis si͂l'itudo obiecti: immo videt̄ esse expressior similitudo ꝙ esset species intelligibilis ipsius obiecti si poneret̄. igit̄ obiectum distincte pōt cognosci per ip̄m vt per naturalē similitudinē sui. tum qꝛ nō videt̄ ꝙ actus possit cognosci vt est huius obiecti nisi cognosceretur hoc obiectum sub ea rōne sub qua ipsiꝰ est actꝰ.

Vide 10. tri. c. 10. et 8. trin. c. 7.

Ad ista. Ad primū dico ꝙ nihil sufficienter cōtinet ꝯtinētia virtuali ipsaꝫ notitiā nisi cōtineat obiectū cognoscibile tanꝙ proprium representatiuū eius. s. formale vel eiꝰ representatiuū virtuale. species aūt ppria obiecti ꝛ si sit respectu eius diminuta in entitate: tn̄ cōtinet ipsum primo modo tanꝙ. scꝫ representatum per ipsam formaliter: sed quando non est representatiuū formale obiecti opꝫ ꝙ virtualiter contineat tale representatiuum proprium: ꝛ quando est representatiuū sicut obiectuꝫ cognitū: tunc oportet ꝙ cōtineat aliud obiectū: qḋ per ip̄m dꝫ cognosci. ¶ Ad duo alia argumēta negatur forte ꝙ aīa vel angelꝰ ex naturalibus posset cognoscere seipsum ꝛ etiam actū suū beatificum. Sed qꝛ vtrūqꝫ videtur cōtineri sub proprio obiecto intellectus huius ꝛ illius ꝛ hoc sub primo naturaliter attingibili. scilicet sub ente limitato. Ideo dici posset aliter: ꝙ tam aīa ꝙ angelꝰ lꝫ possit natural'r noscere se ꝙtū ad illud absolutū qḋ ip̄m est: notitia sui nō tn̄ pōt natural'r noscere se inꝙtū est imago dei siue se esse imaginē dei: qꝛ nō pōt naturaliter cognosci relatio: nisi naturaliter possit cognosci vtrūqꝫ extremū. ¶ Pro ista rn̄sione videt̄ eē illud Augustini. 15. de tri. 24. Qui vident inquit suā mentē: et in ea trinitatē istā. s. memoriā intelligentiā ꝛ volūtatē: nec tn̄ credunt ea que intelligūt esse imaginē dei speculum quidē vidēt: sed vsqꝫ adeo nō vident per speculū: vt scꝫ ipsum speculū quod vidēt sciant esse speculum. idest imaginem. ¶ Contra istam responsionem dupliciter argui pōt primo sic. relatio imaginis vel est idem

cum essentia aie vel angeli: vel saltem necessario ꝯñs naturã eius. igitur ꝑ ipsam cognitã pōt ipsa relatio cognosci. Aña probat̃ sic. q: relatio dependētie essentialis vel est idē nature depēdenti vel necessario cōsequit̃: q: si cōtingēter adueniret nature: natura posset esse sine illa dependētia: et ita nō essentialr̃ dependeret: relatio aūt imaginis vr̃ esse relatio depēdentie imitãtis ad illud qđ imitatur. ¶ Scđo sic. potētia pōt naturaliter cognoscere quodcūq₃ cōtentū sub suo primo obiecto naturali: nūc autē sub ente limitato qđ est primū obiectū naturale intell'o creati cōtinetur illa relatio imaginis: q: ipsa nō est infinita: cū sit in fundamēto finite. ¶ Ad primū. relatio non pōt cognosci: nisi cognoscat̃ vtrūq₃ extremum: qñ igit̃ fundamentū nō includit terminū in rōne cognoscibilitatis ipsum nō est cã sufficiens ad cognoscēdū relationē: ita est hic. ¶ Et cum arguitur ꝙ necessario cōsequit̃ fundamētū. ex hoc nō sequitur ꝙ ꝑ ipsum posset perfecte cognosci: nisi esset entitas absoluta: ad cuius cognitionē nō requiritur aliud cognosci in ratiōe termini. ¶ Contra hoc: qđ includit aliud in entitate: ꝛ in cognoscibilitate. fundamētū aūt illud includit in entitate relationē istam si necessario ꝯsequat̃ ipm. igit̃ ꝛ includit ipsam in cognoscibilitate. ¶ Rñdeo nō includit cã in entitate vt totali cã ei': sʒ vt ꝓxima cã. supposita tñ alia cã scʒ termino: q: ꝛ ipm fundamētum illam aliam cām supponit. Consilr̃ cōcedo: ꝙ includit cã in cognoscibilitate ꝑsupposita alia cã eius in cognoscibilitate. et hoc si simplr̃ simpliciter: si alicui alicui. sed isti cognoscēte. s. angelo vel anime et hoc naturalr̃: siue ex causis naturaliter motiuis nō ꝑsupponitur obiectū siue terminus esse naturalr̃ cognoscibilis. ꝛ iō fundamētum lʒ sit huic naturalr̃ cognoscibile: nō sequit̃ relationē huic esse naturaliter cognoscibilem. ¶ Ad scđm. ens limitatū. ꝛ ad se. vel si. etiã est limitatū ꝛ ad alterum: tñ limitatū ē naturale obm intell's creati: sʒ entitas limitata in se q̃ est essentialr̃ ad alterū illimitatū nō est naturalr̃ intelligibilis ab intellectu creato: sicut nec terminus sine q̄ nec ipsa intelligi pōt. ¶ Licet iste rñsiones ꝓbabiliter videant̃ saluare ꝙ absoluta entitas aie vel actus beatifici posset naturalr̃ intelligi ab aia: licet nō naturalr̃ possit intelligi ab ea relatio ad terminū: nec ꝑ ꝯñs oporteat deū intelligi in rōne termini illius relationis. Tñ rōnes ille de aia ꝛ de actu videntur habere aliã difficultatē: vnam cōem: q: ꝑ illud qđ ē naturalis imago obiecti pōt ipm obiectū cognosci lʒ ꝑ hoc qđ est imago non cognoscat̃ rel'o imaginis. Exemplū. ꝑ speciē albi in oculo vr̃ albū: lʒ nō cognoscat̃ relatio illius spēi ad albū: et ita est de intellectu ponēdo spēm intelligibilem: ꝛ rō est: q: illa rel'o fundata in spē sensibili vel intelligibili nō est formalis rō cognoscēdi obiectū. sʒ illa forma in qua fundat̃ relatio. igit̃ in ꝓposito: lʒ nō naturalr̃ intelligatur relatio anime vel actus beatifici ad deū tñ q: est tale fundamentū ꝙ ex se est silr̃tudo obiecti ꝑ ipm poterit cognosci obiectuʒ. ¶ Videtur etiã stare rō prius facta de actu: q: actus vr̃ esse formalis silr̃tudo

Ff

Gg

Dubia subtilissima.

obiecti: et actualius: quam species intelligibilis. si poneretur: igitur si per speciem possit obiectum distincte intelligi vel cognosci magis vel eque poterit intelligi per actum. ¶ Videtur etiam stare aliud quod fuit ibi tactum quia quod actus intelligatur ut est obiectum et non intelligatur obiectum sub illa ratione sub qua terminat actum. videtur esse contradictio: nunc autem ex naturalibus anima que beata est potest cognoscere ex natura sua actum beatificum ut est beatificus. et per consequens ut est obiecti beatifici. quia et si non habeat actum illum ex natura sua: tamen super illum actum iam existentem potest reflecti. et hoc virtute sua naturali. quod probo primo per illud .15. de tri. c. 11. ubi dicitur. Qui dicit scio me vivere unum aliquid se scire dicit. pro inde si dicat scio me scire me vivere duo sunt. et sequitur. sic potest addere tertium. et quartum. et innumerabilia si sufficiat. potest inquam ex virtute naturali. si tamen sufficiat ad continuandum istos actus reflexos. ¶ Hoc probatur secundo. quia si ad actum reflexionis requiritur aliquod supernaturale. pari ratione ad novum actum novum supernaturale. et tunc sicut in infinitum potest procedi in actibus reflexionis. sic in infinitum requiritur aliud et aliud supernaturale quo reflectetur. ¶ Confirmatur quia actus tertius haberet se ad secundum sicut reflexus ad rectum. si igitur posito actu recto non potest anima reflecti super illum. nisi virtute alicuius supernaturalis ad hoc elevantis: pari ratione nec per tertium reflecti potest super secundum: nisi per aliud supernaturale. ¶ Hoc probatur tertio. quia intellectus actum quem habet potest percipere et experiri. et hoc secundum propriam perfectionem illius actus: et ex natura ipsius potentie: sicut quando video ex virtute potentie naturalis percipio me videre. et possem illud ex ratione virtutis visive percipere si esset reflexiva sicut intellectus.

MD

Ad ista aliquid esse medium cognoscendi. videtur in cognoscendo potest intelligi dupliciter.

medium cognoscendi duplex

¶ Uno modo quod sit medium cognitum sic quod per ipsum cognitum cognoscatur aliud. sicut cognoscitur conclusio per principium. ¶ Alio modo quod non sit medium cognitum sed ratio cognoscendi solum. sicut species sensibilis in sensu est ratio sentiendi. ¶ Primo modo nihil potest esse medium cognoscendi obiectum aliud nisi contineat in se cognoscibilitatem illius obiecti secundum quam illud cognoscitur per illud. quia si istud excedat illud in cognoscibilitate. tunc illud qualitercumque perfecte cognitum deficiet ab isto cognito in cognoscibilitate. ¶ Secundo modo bene potest aliquid esse medium cognoscendi aliud. licet cognoscibilitas sua propria deficiat a cognoscibilitate illius. dum tamen sit natum ducere in illud ut cognoscibile.

¶ Per hoc patet ad primum. quia licet anima sit imago dei. tamen non est nata esse medium cognoscendi deum: secundo modo. sed tantum primo modo: ut haberi potest ex auctoritate Augustini prius adducta. Qui videt suam mentem etc. Medium autem cognoscendi secundo modo respectu istius medii ut cogniti est aliquod proprium formale representativum ipsius anime. et per illud cognoscitur anima sub propria ratione tanquam perfectissimum representabile per illud. et per consequens per illud non potest intelligi deus sub ratione sue intelligibilitatis. sed tamen in aliquo diminuto intelligibili imitante et participante intelligibilitatem eius ¶ Et per idem ad secundum. quia actus est similitudo cognita. et talis non

sufficit ad cognoscendū illud cuius est actus: sicut spēs intelligibilis in vno intellectu visa. alij intellectui videnti eā nō sufficeret ad perfecte cognoscendum obiectum cuius est. ¶ Contra. actus in illo itellectu cui inest est rō perfecte attingendi obiectum tanꝙ presens per illū actū: igitur ei cui ille actus est presentialiter notus ille per illum actū notum poterit attingere illud obiectum: quia per illum actum: et in illo habet idē obiectum sibi presens. ¶ Respondeo. intellectus cui actus inest per illum vt rōnem primā attingēdi attingit obiectū: supposita tñ presentia obiecti propria. cui aūt ille actus est cognitus nō hȝ illū vt sibi propriam rōnem attingēdi: sed ad hoc ꝙ haberet actum quo formaliter attingeret opȝ habere alium actum: et cum hoc propriam presentiā obiecti. ¶ Ad aliud cū arguitur ꝙ anima ex natura sua potest reflecti super actum beati ficuȝ vt beatificus est: hoc posset negari. verū quidē est ꝙ reflecti potest: sȝ nō nisi virtute illius virtute cuius hȝ actū rectum. Nec plus probat auctoritas Augustini qꝛ nō dicit ꝙ possit semper ex sola natura: sed si hȝ actum rectum potest reflecti sup illum vel ex virtute nature vel ex virtute illius per qđ hȝ actum illum: et nō sequitur illud pueniens de processu in infinitum. qꝛ idē supernaturale sufficit ad actum rectum: et ad oēs reflexos. ¶ Ad illud etiam de sensu ptȝ. qꝛ ꝙ percipio me videre esto ꝙ hoc non sit per potētiam visiuam: tamē nō est per potentiam aliquam inferiorē: sed forte per aliquam superiorē cuius est cognoscere actus visus.

Hic signat quedā additō ifra ad finē hꝰ lib.

Rk

Argu. princi paleqꝫ soluit facilr ex di-

Questio. XV.

Consequēter querit de mō quo intellectus exit in actū siue de cā itellectionis. ¶ Et est qđ posito ꝙ btūs in pria habeat verbū de creatura visa in essentia diuina. Utrū respectu illius verbi creature intellectꝰ possibilis habeat se pure passiue. ¶ Arguit ꝙ sic: quia intellectꝰ possibilis recipit illam intellectionē: sȝ idem respectu eiusdem rō habet rationē receptiui et actiui: quod eñ recipit est in potentia: qđ aūt agit est in actu. Idem aūt nō pōt esse simul in potētia et in actu: cum iste sint prime differētie entis. igit intellectus possibilis nullo modo actiue se habet respectu verbi: et per ꝯñs pure passiue. ¶ Cōtra. si verbum ibi formatur quero a quo formatur: nō potest dici ꝙ formatur ab obiecto: quia itellectio est actio immanens ꝺm phm. 9. meta. si autem esset actio obiecti i intellectum illa esset actio trāsiens: nec potest dici formari ab intellectu agēte: quia intellectus agēs facit de potētia intelligibili actu intelligibile ꝺȝ phm. 3. de anima igitur tota actio eius completa est ante intellectionem actualē: et per consequens ante verbum: nec potest dici ꝙ memoria formet actiue verbum: quia verbū formatur per actum intelligendi memoria non intelligit: sed omne intelligere est ipsius intelligētie. 15. de trini. igitur relinquitur tandem ꝙ nihil in anima actiue format verbum: nisi intellectus possibilis.

etiā: omissi doc. ip sius so lutio nē hic.

3. de an t. cō. 2. 12. et 18.

5. 9. et 10. me

t. c. 16.

t. c. 18

Ca. 7 Idem 14. et c. 7.

Hic non queritur si de obiecto beatifico possit haberi verbũ. Nec de obiecto scd'ario viso in illo obiecto p'io. Nec si aliud sit verbũ obiecti primi et scdi. Sed supponit de obiecto secũdario haberi verbũ: et queritur qualiter intellectus possibilis se habeat in eius formatione. Incipiẽdo igitur a manifestioribus. ¶ Primo inquiretur de formatione verbi ſm modũ intelligẽdi quẽ nũc experimur. ¶ Et scdo applicabitur ad intellectionem in patria.

a De primo supposito q intellectio perfecta: puta diffinitiua de obiecto diffinibili siue sit verbum illius siue nõ: saltẽ nõ est sine verbo ipsius: et per ↄ̃ns si qd actiue se habeat ad intellectionẽ illã perfectã: ipsum quodãmõ actiue se habebit in formatione verbi: de causa igitur intellectiõis in nobis pro statu isto tria sunt videnda. ¶ Primo q in parte intellectiua est aliqd principiũ actiuũ respectu intellectionis. ¶ Scdo vtrum illud actiuũ sit aliquid anime intellectiue: vel tñ mõ sit obiectum: vel representatiuũ obiecti: qd dicatur esse in anima. pro tanto q sit in ipsa sicut accidens eius vel representatiuũ: nõ aũt sicut aliqd nature eius. ¶ Tertio. dato q sit aliquid anime inquiretur si est intellectus agens vel possibilis. ¶ Prima conclusio probatur sic. intellectio aliqua i nobis est noua vt experitur quilibet: et ẽ forma absoluta vt dictum est in qõne de hoc habita. Omnis autem forma absoluta cũ sit terminus actiõis hz aliqd principiũ actiuũ per qd accipit esse. igitur respectu intellectionis nostre noue est aliquod actiuum principium. Istud est intrinsecum supposito intelligẽti: vt patet per philosophum. 2. de anima. c. 6. differt aũt supple in intellectu et sensu: qm̃ hec quidẽ actiua operationis extra sunt vt visibile etc. et sequitur: causa aũt qm̃ singulariũ ſm actum est sensus. scientia aũt vniuersaliũ: hec aũt in ipsa quodãmodo sunt anima: vnde intelligere in ipsa quidẽ est cum velit: sentire autẽ non est in ipsa: necessarium autem est esse sensibile: hec ille. Habetur igitur hec conclusio tanq̃ certa q alicuius intellectionis noue principium actiuũ sufficiẽs est intrinsecũ supposito intelligẽti. ¶ Tũc arguitur vltra per diuisionẽ: vel illud principiũ pertinebit ad voluntatẽ: vel ad partẽ sensitiuam: vel ad partem intellectiuam vt distinguitur cõtra volũtatem et sensum. Nõ potest dari primũ: saltẽ in prima itellectione: q2 ipsa precedit oẽm actum volũtatis. Nec est dare scdm. s. q illud principiũ sit precise in parte sensitiua: relinquitur igitur q sit in parte intellectiua. ¶ Scdm. s. q non sit in parte sensitiua probatur tripliciter. ¶ Primo sic. effect⁹ equiuocus semper est minus nobilis totali causa sua equiuoca. vt habetur. 12. sup Gene. sed intellectio est simpliciter perfectior phantasmate et quacunq3 tali perfectione q̃ est in parte sensitiua: q2 intellectio est ppriẽ perfectio nature intellectualis vt intellectualis est: que in quãtũ talis nobilior est tota anima sensitiua: et ita perfectior perfectione. ¶ Scdo probatur sic. angelus non semper habet omnem intellectionem quam potest habere: q2 cum

Marginalia: t. c. 59; t. c. 69; B; t. c. 29; de ala t. c. 38; 13.

possit intelligere qđcūq₃ intelligibile: vel hr̄et vnicā q̄ eēt simul omniū intelligibiliū: vel hr̄et tot distinctas quot correspōderent omnib⁹ intelligibilibus: quorū vtrūq₃ vr̄ esse impossibile: q₂ primū poneret nimiā pfectionē illius intellectionis: immo vr̄ q̄ infinitā q₂ nec intellectio diuina excederet eā quātum ad multitudinē obiector̄. ¶ Scđm vr̄ ponere nimiā perfectionē intellectus q₂ ita distincte cognosceret omnia per distinctos actus simul: sicut vnum obiectū p vnū actū sequitur igitur q̄ cū possit quod cūq₃ intelligibile intelligere: qđ possit habere aliquam intellectionē nouā. igitur videtur sibi attribuendum quicq̄d perfectionis est in intellectu potente hr̄e aliquā nouā intellectionem: sed in tali perfectionis est hr̄e notitiam habitualē perfectā p quam intellectus sit in potentia accidētali tm̄ ad intelligendū ſm philosophū. 3. de anima qui loquēs de intellectu possibili dici. Cum autem sic singula fiat vt sciēs dicitur qui ſm actum. hoc aūt confestim accidit cum possit operari per seipm. ¶ Est quidē igit̄ ⁊ tunc potētia quodāmō: nō tm̄ silr̄ ⁊ añ addiscere. vult dicere qđ qñ habet habitum p quē pōt ex se operari: licet tunc sit in potentia aliqua nō tm̄ essentiali q̄ est ad formam siue ad principiū operandi sed tātūmodo accidētalr ad opationē. ⁊ hec est dispositio pfectior eius qđ de potētia operandi exit in actum operandi. ¶ Hic dicit̄ angelum posse habere nouā intellectionem est mere creditum: q₂ philosophi precipui hoc nō viderūt. ¶ Preterea hic etiā dicere tur q̄ angelus ad quālibet intellectionē quā h₃ moueret̄ immediate a deo. ¶ Contra hoc: l₃ forte philosophus qui posuit intellectionē angeli ide₃ cū substātia angeli: diceret ɔñr intellectionem esse ab eo a quo est substantia: ⁊ l₃ catholicus dicens intellectionē illā qua angelus itelligit se esse coeuā angelo: et quasi propriā pfectionē necessario consequentē naturam eius posset aliquo modo pbabiliter dicere illā immediate a deo iuxta illā ppositionem pbabilem. accidēs proprium coeuum substantie cuius est: est a generāte illā substātia₃. Tn̄ de accidēte per accidens qđ contingēter inest nō vr̄ pbabile dicere: q̄ illud sit a generāte. ¶ Et confirmatur: quia l₃ deus possit immediate causare quācūq₃ intellectionē in angelo: tn̄ si aliquā nō causet: vtpote huius obiecti: sed derelinquat angelum sibi et ordini causaru₃ naturaliter actiuarum non videtur probabile q̄ angelus non possit attingere ad intellectionē huius obiecti: cum anima sic sibi in causis naturalibus relicta: ad ei⁹ itellectionem possit attigere naturaliter: l₃ mediāte sensu. Nō em̄ vr̄ q̄ aīa possit attingere ad itellectionē alicuius obiecti: etiā mediante sensu: quin ad intelligēdū idē obiectu₃ possit angelus attingere sine sensu. ¶ Istud aūt qđ đr ex philosopho vr̄ facere ad propositum nostrū: q₂ si phs vidisset aliquā itellectionē nouā posse cōpetere angelo: dixisset ipm aliqñ esse in potētia accidētali ad intellectionē q₂ hec est dispositio pfectior eius quod aliquando est in potentia ad intelligēdum. Igitur ille qui tenet

t. c. 8.

Gotf. quoli. 6. q. 7.

3. d. [illegible] m.

tenet siue p rōnem: siue per fidez aliquā esse intellectionē nouā in angelo:ꝯñter dicat angeluz qñqꝫ ad illam esse in potentia accidētali:sicut phs ꝯñter diceret ad illd qd ipse tenet.magis aūt ꝯcordat cum pho qui tenēs aliqd antecedens: cōcedit ꝯñs: qd phs etiam cōcederet si illud antecedens teneret: ꝙ ille qui tenēdo illud antecedens negat illud ꝯñs. qꝛ Aristoteles illud non negaret concedendo illud antecedens. ¶Tertio ꝓpositum probaṫ per auctoritates.15.de tri.7.vł.14.dicit Augustinus Quod excellit i anima mens vocatur.et post homo non ẜm omnia q̄ ad naturam ei⁹ pertinent:sꝫ ẜm solam mentē imago dicitur.Et lib.14.c.8.Jmago ibi inueniēda in nobis est:quo etiā natura nostra nihil hꝫ melius.

¶Ex istis auctoritatibus ꝛ alijs similibus hꝛ ꝙ tota imago est in parte intellectiua accipiendo intellectiuā pro ea que transcendit sensitiuam.Sed imago includit parentē ꝛ prolem.vt ptꝫ.9.de tri.c.vlti.ꝛ alibi multotiēs.igitur is pte intellectiua est parēs gignēs illam notitiā que est proles:ꝛ per ꝯñs principium actiuū respectu intellectionis. Qui igiṫ ponere phātasma vel aliquā formā talē in parte sensitiua esse rōnem immediate gignēdi notitiā actualē:nō saluaret:(vt videṫ)rōnem parentis in mente ꝓprie accepta.¶Preterea Aug.15.de tri.c.23.Memoria hominisꝛ maxime illa quam pecora non habent in qua res intelligibiles ita continenṫ vt non in eā p corporis sensus venerint hꝫ in hac imaginē trinitatis imparem quidem. sed tñ qualēcūqꝫ si̇litudinem patris: hoc exponit c.13.in fi.sic. Hoc verbū nostrū de scientia nostra nascitur quemadmodū ꝛ illud de sciētia patris natum est.ꝛ.c.21.vel.63. Memoria inquit tribuēs omne qd scimus. Ex istis habetur ꝙ illa memoria quam pecora nō habent: hoc est proprie intellectiua:pro tanto hꝫ similitudinē patris.qꝛ de ipsa vel de sciētia q̄ est in ea nascitur verbum nostrū sicut verbū eternum nascitur de scientia patris: satis expresse videṫ in istis auctoritatibus velle qd in parte intellectiua proprie accepta sit principiū actiuum respectu intellectionis.

De secundo ꝑmi articli pncipalis certū est ꝙ ad actualē intellectionē causandā concurrūt aliq̄d ipsius anime intellectiue ꝛ obiectū aliquo mō presens. s. vel in se vel in aliquo representante. ¶Sed qd istorum dꝫ poni per se actiuum respectu intellectionis auctoritates videnṫ varie loqui. Aug.12.super Gen̄.c.29. Nō putandum inquit est corpus aliqd agere in spiritum quasi spiritus corpori faciēdi materie vice subdatur:omni em̄ modo prestātior est res que facit illa de qua facit nec vllo modo corpus p̄stantius spiritu: imo spiritus prestantior corpore: ꝙuis igitur imago esse incipiat in spiritu:tamē eandem imaginē non corpus in spiritu:sꝫ spiritus in seipso facit celeritate mirabili.¶Jtem idem.10.de trinita.c.5.anima conuoluit ꝛ rapit imagines corporū. ¶Pro actiuitate tamē obiecti videtur dicere. 15.de trinita.10.vel.24.formata cogitatio ab ea re quam scimus: verbū est ꝙ in corde dicimus. Et ibidē.Ex ipsa scientia quam me

Idē.3. de aia t.c.19.

De tertio articulo certū est s̃m Dama. 57. q̃ verbū assumpsit naturā in athomo: hoc est singularem et tñ nō habētē personalitatē propriam: q: illa non posset stare cū assumptione in vnitate persone verbi. si aūt ppria singularitas nature personabilis esset formaliter ppria personalitas eius: nō posset illa eē sine ista. ¶ Propter qd̄ opz videre quo formaliter et cōpletiue natura creata sit persona nata in seipsa vt ex hoc pateat si potest ipsa carere ppria psonalitate: et personari: etiā psonalitate extrinseca. ¶ Est aūt dubium an psonalitas ppria sit formaliter per aliquid positiuū? et videt̃ q̃ sic: q: negatio nō est primo incōmunicabilis. negatio em̃ q̃ntū est de se posset cuicunq̃ cōpetere tantūmodo igitur est incōicabilis pp̃ter incōmunicabilitatē positiui ad qd̄ ipsa consequitur: et ita primū incōmunicabile est positiuū: pprietas psonalis est primo incōmunicabilis: q: est ratio formalis cōstituēdi incōmunicabile. s. personam. Preterea. negatio non est primo propria alicui enti: sed tātū pp̃ter hoc q̃ sequitur aliquā affirmationē ppriā. proprietas autē psonalis est primo propria illi cuius est. igit̃ &c. ¶ Preterea. qd̄ excludit imperfectionē ipm est perfectū: vel saltem aliquod positiuū: nūc aūt dependere ad psonā extrinsecā est imperfectionis. igit̃ psonalitas propria q̃ excludit formaliter illam dependentiā est aliq̃d positiuū. ¶ Cōfirmat̃. pp̃ter hoc em̃ ponitur q̃ singularitas nature est per aliquid positiuū: q: excludit imperfectionē que est diuidi: vnde singulare dr̄ indiuiduū: hoc ē in plura indiuisibile. a simili in pposito psonali in se excludit depēdere ad personā extrinsecam. ¶ Sed contra Dam̃. c. 55. Nihil em̃ eor̃ q̃ plantauit in nr̃a natura de⁹ verbū a pn̄cipio psalmās nos defecit: sed oīa assumpsit. totus em̃ toti vnit⁹ est mihi vt totū toti tribuat qd̄ est inassumptibile: est incurabile. vult dicere igitur q̃ quecunq̃ entitas positiua in nostra natura est vnita verbo. ¶ Et q̃ hoc sit possibile de quacūq̃ pbat̃ rōne: q: q̃cūq̃ nature est simplr̃ in potētia obediētiali ad dependēdū ad psonā diuinā. Si ergo esset aliqua entitas positiua qua natura esset in se personata. Illa entitas esset assumpta a verbo: et tunc natura nr̃a i xp̄o eēt psonata simul duplici psonalitate. qd̄ est impossibile. Quia si creata. igr̃ p illā est formaliter incōicabilis alteri persone: et p ɔ̃ns persone verbi non cōicatur. et ita in ipso nō personat̃. ¶ Preterea si aliqua entitate positiua eēt natura formaliter persona creata. igitur verbū non posset deponere naturā assumptā: nisi vel illa maneret nō psonata: qd̄ videtur inconueniēs: vel oporteret q̃ daret̃ sibi de nouo aliqua alia entitas qua etiā haberet personalitatē creatam. s3 hoc est impossibile. Illa em̃ nō posset esse entitas

Li. 3. c. 11. a. l. 90.

Lib. 3 c. 9. q̃re in fonte.

accidētalis: q: accidēs non est rō formalis psonandi substantiam Nec posset esse aliq̄ entitas substantialis: q: nec materia nec forma: nec substantia cōposita: quia quecunq; talis si daret nō maneret natura eadē q̄ prius: q: haberet aliam materiam vel formā vł entitatem substantie composite. ¶ Pōt igit dici q nostra natura est personata personalitate creata non aliquo positiuo tanq̄ rōne formali: q: vltra singularitatem non inuenitur aliqua entitas positiua qua singulare completiue sit incōicabile: sed tm singularitati superaddit negatio cōicabilitatis siue dependētie que est in cōicari. Pōt aut intelligi triplex negatio cōicabilitatis siue depēdentie. sicut em possumus intelligere dependentiā actualē potētialē et aptitudinalem. sic possumus intelligere negationem actus dependendi: ⁊ negationē possibilitatis dependēdi: ⁊ negationē aptitudinis ad depēdendū. ¶ Prima negatio est nuda siue sola. ¶ Secunda est cū repugnātia ad actū. ¶ Tertia est cum inclinatione apposita siue aptitudine contraria. Exēplū. pmo mō superficies si esset sine colore oino esset non alba: q: haberet solā negationem albedinis. Scdo mō angelus est non albus: quia sibi repugnat albedo. Tertio mō lapis est non sursum q: in lapide est negatio aptitudinis ad sursitatē cū inclinatione ad non sursitatem sicut ad suum oppositum. ¶ Ad ppositū loquēdo de dependētia ad hypostasim extrinsecā: et specialr diuinam de qua modo loqmur. sola negatio actualis dependentie nō sufficit ad hoc q aliqd dicat in se personatū vel persona: q: ala Petri habet talē negationē: ⁊ tñ non est persona. ¶ Scda negatio non inuenitur in natura creata personabili: q: nulli tali potest oino repugnare depēdere ad psonā diuinā: immo q̄cūq; entitas positiua in tali natura est in potētia obedientiali ad depēdēdū ad ipam. et pñs illa negatio nō cōstituit psonam creatā. ¶ Tertia etiam negatio non sufficit: q: illā hz natura assumpta: ipa em cū sit eiusdem rōnis cū mea natura hz aptitudinē eiusdem rōnis: ⁊ ita hz aptitudinē ad subsistēdū in se: ⁊ non hz aptitudinē ad dependēdū ad psonā extrinsecā: nec est inconueniens possibilitatē esse sine aptitudine: q: ad formas supnaturales. et si sit potentia aliqua in susceptiuo: non tñ pprie aptitudo: q: illa nō est pprie nisi ad formā naturaliter pfectiuā. ¶ Ad personalitatē igitur propriā siue creatā oportet concurrere duas negationes: primā ⁊ tertiam. ita q tertia est quasi habitualis necessario conueniēs nature cui ɔuenit: siue sit psonata in se siue in persona aliena: sz alia negatio. s. actualis depēdētie supueniens isti negatiōi cōplet psonalitatē ppriā. ¶ Ad illa igit q̄ pbāt q personalitas ppria est formalr per aliqd positiuū ad oia simul est vna rñsio q nulli simplr repugnat esse cōicabile: nec tanq̄ cōicabile depēdere nisi ibi sit simpliciter proprium aliquod positiuū qd sit rō repugnantie cōicabilitatis: et dependētie. Tamē cōicari ⁊ depēdere pōt fm quid repugnare alicui per solā negationē: q: dum negatio illa inest: affirmatio nō potest inesse: sed non propter hoc

est simplr impossibile affirmatio nē inesse: nisi illō cui talis negatio inest eēt necessaria rō q talis negatio ꝯsequeretur: ꝛ tūc negatio esset simplr ꝓprias: alias non esset nisi ꝺm quid ꝓpria. Simili cū modo ꝓpria ē alicui negatio sicut ipsi repugnat opposita affirmatio. Sola ꝑsona diuina hꝫ incōicabilitatē primo mō: q2 entitatē aliquā intrinsecā simplr propriā: ꝑ quaꝫ sibi repugnat posse cōicari. Natura aūt creata licet i se subsistat: nō tn̄ aliqd hꝫ intrinsecū ꝑ qō impote sit eandē depēdere. et ideo sola persona diuina hꝫ ꝓpriam personalitatē completam: natura vero creata personata in se nō hꝫ: q2 nō hꝫ repugnantiam ad posse dependere: sed tn̄ ad actū dependere: et hoc ꝺm qd .s. dū sibi inest negatio dependentie actualis. ¶ Ad formaꝫ igitur prīe rōnis dico q incōicabile simpliciter qō .s. importat repugnātiam ad posse dependere nō cōuenit primo negatiōi siue alicui rōne negationis: nec talis incōmunicabilitas est in creatura etiā in se ꝑsonata: sed tn̄ incōicabilitas ꝺm quid .s. repugnantia ad cōicari: ꝛ hoc stāte illa negatione depēdentie actualis: ista autem incōmunicabilitas ꝺm quid nō requirit entitatem positiuam simplr incōicabilē: sed tn̄ entitatē positiuā receptiuā negationis depēdētie actualis: sed incōicabilitas simplr si alicui negationi conueniat hoc nō est. nisi quia illa cōsequitur entitatem positiuam simpliciter incōmunicabilem. ¶ Per idem ad aliā maiorem de dependentia concedo q si alicui repugnat posse depēdere. hoc est propter aliquaꝫ perfectionem vel rationē positiuā: sed illa repugnantia nō est in creatura: sed sola negatio depēdētie actualis. Exēplū accidenti separato non simplr repugnat ihērere vl posse inherere sꝫ ꝺm qd dici posset ei repugnare inherere ꝑ q̄to q stāte illa sepatione non pōt silr stare cū hoc qō inhereret. ¶ Consilr ad illud de ꝓprio dico q incōicabilitas simpliciter est simplr propria illi cui conuenit sic incōicabilitas. incōicabilitas aūt ꝺm quid nō est ei ꝓpria: sꝫ tn̄ sic q soli illi ꝯuenit.

De scdo igitur in tertio articulo ꝑncipali videtur q nature humane repugnat dependere ad personam alienam vt substētantem ipsam. ¶ Primo q2 est natura substātialis. ¶ Scdo q2 non potest habere aliquid intrinsecuꝫ qō sit sibi rō taliter depēdendi. ¶ Tertio quia intrinsece siue idētice hꝫ rōnem nō dependendi tali dependētia. ¶ Et pmo sic arguit natura substātialis nō est nata dare supposito nisi esse simplr ꝛ ꝑ ꝯsequēs nō ꝑsupponit esse simplr: natura autem dependēs ad suppositū alienum presupponit in eo esse simpliciter q2 esse nature ꝓprie que prius cōuenit sibi q̄ꝫ ista natura dependens ad ipsum. Antecedēs ꝓbatur: natura substantialis est entitas simplr sicut accidentalis est entitas ꝺm quid: ꝛ qualis est aliqua entitas formaliter tale esse tribuit. sicut igitur natura accidentalis tribuit tantū esse secundum quid: ꝛ ideo ꝑsupponit ens simpliciter: ita natura substātialis dat esse simpliciter: ꝛ ideo non presupponit tale esse. ¶ Ex secundo arguitur sic omne dependens habet intrinsece aliquid

Aa

Est tn̄ 3. lordine.

qđ est sibi rō dependendi. natura humana non habet nec habere potest aliquid tale intrinsece: ꝙ sit sibi ratio dependendi tali dependentia. igit̃ ꝛc. ¶ Maioꝛ patet inductiue in dependentia causati ad causam in quocūq; genere cause. ¶ Et pꝛobat̃ ratiōe: qꝛ nisi in isto sit aliqua ratio depēdendi que nō est in illo nō magis istud dependet ꝙ̃ illud. Natura autē mea nō dependet a verbo tali dependentia. igitur nec illa assumpta magis depēdet nisi hēat aliquā rōnē depēdentie sibi intrinsecā: pꝛobatio maioꝛis. Non dependens non fit dependens nec ecōuerso: nisi sit aliqua mutatio mutatio aūt nō hꝫ ꝓ ꝑ se termino nisi aliquā foꝛmā absolutā: si igitur natura fit de nouo dependens aduenit sibi aliqua foꝛma absoluta que sit rō depēdendi: et talē ēt amittit vt terminū a quo mutationis: si fiat de depēdente nō depēdens. pꝛobatio minoꝛis. tum qꝛ natura illa posset deponi nullo absoluto coꝛrupto in ea: si autē haberet aliqđ absolutū qđ esset rō dependendi sibi pꝛopꝛia opoꝛteret illud coꝛrumpi qñ ipsa fieret nō dependēs. tū qꝛ nature eiusdē rationis cōpetit similis ratio depēdendi: ꝛ ad similē terminum vel eundem terminū quādo non est nisi vnicum natū terminare talē dependentiā. natura aūt xp̄i ꝛ mea sunt eiusdē rōnis: ꝛ mee non cōpetit aliqđ ꝙ sit rō taliter depēdendi ad verbū: qꝛ tūc mea violēter subsisteret in ꝓpꝛia ꝑsona. ¶ Et ex tertio arguit̃ sic pꝛopꝛia personalitas q̄ potest competere huic nature humane est realiter eadē sibi. igit̃ manente hac natura manet habēs hāc personalitatem. sed personalitas pꝛopꝛia est rō repugnantie ad sic dependere: igit̃ ꝛc. ꝓbatio antecedentis: qꝛ certū est ꝙ huic nature hūane singulari pōt cōpetere ꝓpꝛia ꝑsonalitas: illa aūt nō pōt esse aliud ab ipsa nec ei accidens qꝛ accidēs non est ratio personādi substantiā: nec pōt esse substātia alia ab hac natura: qꝛ nec substantia composita: patet enim ꝙ vna substātia composita non est ratio foꝛmalis personalitatis alteri substātie cōposite. nec potest esse alia substantia sicut pars qꝛ non maneret eadem natura cōposita nisi maneret eadē vtraq; pars substantialis.

Est tñ 2. in oꝛdine.

Potest dici ꝙ non est ponenda inter aliqua esse foꝛmalis repugnantia: nisi vel in rōnibus eoꝛū ꝓpꝛijs aliqua repugnātia includat̃ manifeste: vel necessaria rōne ꝓbet̃ includi vel sequi. Sed neutro modo est de natura humana ꝛ de depēdentia ad ꝑsonā alienā igit̃ ponendū est ꝙ talis dependentia nō est simpliciter impossibilis ꝙ̃tū est ex ꝑte fundamenti. ¶ Maioꝛ ꝓbat̃: qꝛ q̄dlibet ponendū est posse eē cuius nō pꝫ rō impossibilitatis. Cōsilr̃ q̄libet ꝯpossibile vbi nō apparet ratio incōpossibilitatis. ¶ Pꝛima ps minoris declarat̃ ex rōnibus istoꝛū de quibus est sermo. ¶ Ratio autē nature humane magis pꝫ. ratio aūt illius depēdentie de quo loquimur pōt circūloquēdo vel aliq̄liter describendo poni talis. depēdētia ē nature vt cōicabilis ad ꝑsonam pꝛopꝛiam ꝛ alterius nature, vt terminantē eius dependentiā. hec rō exponat̃. ¶ Pꝛimo illud qđ đꝛ vt cōicabilis: pōt vno

modo aliquid cōicari alicui sic ꝙ illud sit ipm qđ cōicatˀ:sicut vniuersale cōicatur singulari. Alio mode sic ꝙ illud cui cōicatur sit isto tāq̄ formali principio essendi. Et hoc dupl'r: vel forma partialis q̄ cōicatˀ materie informate ꝛ ꝯñter cōicatˀ cōposito cōstituto ꝑ ipsa3:vel vt.forma totalis sicut quiditas cōicatˀ supposito vt humanitas sorti. In ꝓposito intelligitˀ cōicabile tertio mō.s.ꝙ sic cōicatū sit forma totalis quā habens dicatˀ ꝟm eā esse formaliter tale.sed propriū suppositū nature dꝛ hoc modo tale ꝟm illā nō ꝓpter depēdentiā:sed magis propter per se idētitatē:sed ad suppositū nō ꝓpriū nō potest esse per se idētitas:sed illud qđ pōt ibi esse quasi supplens vicem idētitatis est perfecta dependētia nature ꝛ perfecta substētatio ex parte suppositi siue terminatio dependētie.tale autē suppositū : qꝛ est per se suppositum alterius nature:ꝛ istius nature dependentis nō est per se suppositū:ꝛ per se est prius eo qđ nō est per se:sequitur quod prius habeat naturā ꝓpriam q̄ȝ istam dependentē q̄ est sibi tanq̄ȝ natura aduentitia vel natura secunda. ¶ Et ꝙ nature humane nō repugnet talis depēdētia qualis dicta est pōt sic aliqual'r declarari:vt probatū est in scđo articulo:persona diuina potest esse prius terminus alicuius dependētie nō aūt dependētie q̄ est cāti [illegible] cām: nec breuiter cuiuscunq̄ȝ terminati ad aliq̄d rōne ꝑfectionis formalis in ipō.sed tm̄ illius que est nature vt cōicabilis ad incōmunicabile sustentans ipsam igitur talis dependentia est possibilis in aliqua natura.quia nō potest esse possibilitas terminandi dependentiā nisi in aliquo sit possibilitas dependendi:sed hoc nō magis repugnat nature humane q̄ȝ alteri. ¶ Preterea scđo qꝛ accidens dependet tali dependentia ad suppositum substātie cui inheret:nūc aūt l3 ibi coniungatur depēdere ꝛ inherere:tamē prior videtur esse ratio dependētie q̄ȝ inherentie:sicut in termino videtˀ esse prior ratio prioritatis essentialis propter quā terminat dependentiam q̄ȝ informabilis. vel susceptiui ꝟm quā terminat inherētiam. Si igitur intelligatˀ alicui cōuenire dependentia nature vt cōicabilis:et hoc sine inherētia non videtur cōtradictio sed talis est illa q̄ ponitur in proposito. ¶ Confirmatˀ:qꝛ ꝟm phm̄. 5.meta.quale vno modo dꝛ differētia substātie.igitˀ modus qualitatis non repugnat substantie. ¶ Tertio declaratur sic: accidēs pōt habere modū substātie: licet nō perfecte.s.ꝙ sibi repugnet dependere ad subiectū:tñ aliqual'r similē.s.in nō depēdendo actualiter sicut apparet in accidēte separato:pari ratione igitur videtur ꝙ substātia potest habere modū accidentis:licet nō perfecte.s.dependo:ꝛ inherendo subiecto tamē modum aliqualiter similem. s.in dependo actualiter ad suppositum alienum.

Cc

Nota hec ꝯ ola dilig'r.

2.t.8. physi.

Dd

t.c.19.

Ee

Ad illa autem q̄ addncta sunt in contrariū. Ad primū cōcedo ꝙ natura substātialis est esse substātiale:s3 nō ꝙ sit op3 ꝓmū esse suppositi habētis esse per ipsam nisi qñ illud est eiꝰ ꝑ se suppositū:qñ aūt est eiꝰ suppositū nō per se:sed ꝑ se alterius nature tunc per illā alteram

prius habet esse. ¶ Et cū accipit illud qd̄ dat esse simplr̄ non presupponit eē simplr̄ in eodē. ¶ Rñdeo aliqd̄ esse in se est eē simplr̄: et tñ supposito nō pprio nondat eē simpliciter oī mō. ¶ Ad scd̄m aliquid potest esse ratio dependētie dupliciter. ¶ Uno mō sic ꝙ ipsum necessario consequatur vł cōcomitetur dependentia actualis. ¶ Alio modo ꝙ licet ipm̄ necessario concomitetur aptitudo ad dependendum: non tamen necessario dependentia actualis: sed ipꝫ quantum est ex natura sua depēderet: ⁊ qñ est actualis dependentia cōuenit ſm ipsum vt primuꝫ fundamentū. ¶ Primo mō est dependentia creature ad deuꝫ quia necessario fundamētū depēdētie est in actuali dependentia semꝑ. ¶ Scd̄o modo est depēdētia causati ad causam scd̄am sine q̄ posset ipꝫ immediate cāri a prima: ⁊ ita posset ab illa scd̄a nō dependere actualiter: licet semꝑ haberet aptitudinē ad dependendū. Maior igit̄ rōnis vera est itelligēdo de rōne depēdendi nō precise primo mō: sꝫ indifferēter primo mō vel scd̄o nihil plus concludit probatio prima maioris inducendo de dependentijs causati ad cām. ¶ Scd̄a vero ꝓbatio ꝓbat ꝙ dependēs hꝫ aliquā rōnem dependendi quā nō hꝫ indepēdens qd̄ necessariū est intelligēdo ꝑ rōnē dependentie rōnē formalē dependendi. que est ipsa dependētia q: sine illa nō posset aliquid depēdere: sꝫ intelligēdo rōnē fundamentalem dependentie ſm quam inest dependentia sicut ſm albedinem similitudo nō opꝫ ꝙ illa rō sit magis in dependente q̄ꝫ in illo qd̄ nō depēdet actu: est tñ eque aptū ad dependendū. ¶ Exēpluꝫ accñs qñ est in subiecto nō magꝫ habet talē rōnē dependēdi ꝙ qñ ipꝫ est separatū: q: ipsamet natura est isto modo prima rō dependendi: nec opꝫ ad hoc ꝙ actu dependeat supaddi actu talis ratio dependēdi sed sola rō formalis. s. actualis depēdētia. ¶ Cōsimilr̄ hic de natura assumpta: ⁊ nō assumpta. ¶ Tertia aūt probatio videt̄ plus probare. s. ꝙ actu dependēs habeat semper rōnē dependendi fundamentalē: ⁊ hoc aliquā entitatem absolutam. ¶ Ad illā igit̄ propositionē cui illa probatio innititur. s. ꝙ oīs mutatio habet ꝑ per se terminum formaꝫ absolutā. Respondetur per interemptionē immo motus est ſꝫ vbi ⁊ ad vbi: nec tñ vbi dicit aliquam formaꝫ absolutam. Qualr̄ autem nō sit hoc cōtra phm̄. 5. phy. ⁊. 7. dictuꝫ est supra in quadaꝫ questione de corpore ⁊ vbi ⁊c. ¶ Minor principalis rōnis nō est vera eo modo quo maior est vera. s. intelligēdo indifferenter de rōne formali dependendi vel fundamētali ⁊ hoc necessario fundante actualiter vł saltem aptitudinaliter habet eñ natura assumpta rōnem formalē dependendi. s. ipsam dependentiam ⁊ rōnem fundamentalem: immo ipsa est proxima rō fundamentalis dependentie: licet non necessario consequat̄ ipsaꝫ talis dependentia actu. sꝫ aptitudine: nec plus ꝓbat prla probatio: q: si natura deponeret̄ nulluꝫ absolutū in ea corrūperetur: ⁊ ita no[n] habuit aliqd̄ absolutū quod eēt necessaria rō actu depēdēdi: sꝫ absolutum fuit proximū susceptiuū dependentie: et sine illa manere potest sicut sine respectu non ne=

Ff

q. 2. ar ti. 3. Idem aliqr̄. q. 13.

ceſſario cõſequente:põt manere fundamentũ abſolutum. ¶ Ad aliã ꝓbationẽ dico ꝙ licet nature eiuſdẽ rõnis habeãt aptitudinẽ ſimilẽ ad depẽdẽdũ:tamẽ nõ opꝫ ꝙ ſi vna actu depẽdeat ꝙ ſimiliter ⁊ altera:patet de accidente cõiuncto ⁊ ſeparato natura autẽ mea et ſi nõ actualr̃ depẽdeat ad verbũ depẽdẽtia ꝑdicta. ſ.ad ſuppoſitũ hypoſtatice ſuſtentãs tñ hꝫ aptitudinẽ ſicut natura illa aſſumpta hꝫ aptitudinem.

Ad argumentũ principale dico:ꝙ licet nõ oĩs dependẽtia ſufficiat ad verificãdũ predicationẽ depẽdẽtis de illo a quo dependet:tñ illa que eſt nature vt cõicabilis ad ſuppoſituꝫ vt hypoſtatice ſuſtentans eã ſufficit ad verificãdũ predicationeꝫ nature ſic depẽdẽtis de ſuppoſito ad qđ depẽdet:ptꝫ de accidente ſic dependente ad ſuppoſituꝫ ſubſtãtie de quo etiã predicat̃. et ſicut predicatio accidẽtis de ſubiecto licet ſit vera: non tamẽ eſt ꝑ ſe ſicut eſſet nature de proprio ſuppoſito:ita in propoſito nõ eſt predicatio per ſe nature humane de ipſo verbo.

Queſtio. XX.

Utrũ ſacerdos obligatur ad dicẽdũ miſſam ꝓ vno obligatus ẽt ad dicenduꝫ miſſam ꝓ alio ſufficiẽter ſoluat debitũ dicẽdo vnaꝫ miſſam ꝓ ambobus? ¶ Arguit̃ ꝙ nõ:q2 q̃ tenet̃ ad maius bonũ:nõ ſatiſfacit ſoluẽdo min⁹ bonũ.ſicẽ i ꝓpoſito:q2 due miſſe ſunt magẽ bonũ ꝙ̃ vna. vna ẽt miſſa ꝓ iſto eſt maius bonũ ſibi ſi dicat̃ ꝓ illo ꝙ̃ ſi dicat̃ ſimul ꝓ illo et alio. ¶ Cõtra.qui plus ſoluit ꝙ̃ illud ſit ꝓpter quod obligatur videt̃ abũdãter ſatiſfacere: ſed vna miſſa eſt maius bonũ ꝙ̃ ſint illa ꝓ quibus obligatur duobus:q2 bonũ miſſe eſt ex virtute ſacrificij. ſacrificiũ aũt eſt infinitũ ⁊ infinitis ſufficiẽs. Chriſtus enim qui offert in illo ſacrificio ſufficiens fuit quando offerebatur in cruce ad ſatiſfaciendum pro peccatis infinitis.ergo ⁊c.

Hic premittẽdũ eſt vnũ hoc.ſ.qđ probabile videtur ꝙ miſſa non ſolũ valet virtute meriti ſiue operis operantis: ſed etiam virtute ſacrificij ⁊ operis operati.¶ Uel nõ ſolum valet virtute meriti perſonalis ſacerdotis offerentis:ſed etiã virtute meriti generalis eccleſie:in cui⁹ perſona per miniſtrũ cõem offertur ſacrificiuꝫ alioquin miſſa mali ſacerdotis qui in illo actu non meretur perſonaliter:ſed demeretur:nulli valeret in eccleſia quod reputatur communiter inconueniens:⁊ rationabiliter.iuxta illđ Joã.6.Panis quẽ ego dabo caro mea eſt pro mundi vita.qñcũꝙ̃ eñ chriſtus vt ſummos ſacerdos offert.panis quem dat. i.caro eius eſt mundi vita.

¶ Ex hoc ſequitur ꝙ ad ſolutionem huius queſtionis tria ſunt vidẽda.¶ Primo ſi miſſa dicta ꝓ duobus tãtum valet iſti ſicut ſi pro eo ſolo diceretur.et hoc merito perſonali celebrãtis.¶ Secundo ſi tantum valet merito generalis eccleſie offerentis.¶ Tertio ſi iſte ſimplr̃ ſoluit debitũ vtriꝙ̃ cui obligatur.

Quere Bon. i 4. dis. 15. q. 2. ar. 1. q. 4. B

De primo est sciendū q inter opera meritoria oratio h3 magis rōne meriti applicabilis alteri: q2 ipsa de rōne sui est placatiua dei & recōciliatiua rei deo: & hoc illi9 pro quo p ipm: orantem specialiter offertur. ¶ Pōt aūt meritum vel specialiter orō in triplici gradu intelligi valere alicui siue pro aliquo. ¶ Uno mō specialissime & sic semper valet oranti qñ est in gra. ipse eñ h3 motum animi bonū & elicit opus bonum. Iste motus & illud opus nō sic sunt alterius pro quo orat sicut orantis. Nec pōt iste ordinata voluntate sic illud alteri dare: q non sit suū meritū: q2 magis tenet ex charitate diligere seipm q aliū immo forte ñ posset dare alteri sic quin istud esset pctm. ¶ Alio mō generalissime: & sic valet toti ecclesie. nec eñ d3 orans aliquē de ecclesia excludere: sed ex intētione habitualis oēs includere. ¶ Tertio modo. s. mō medio valet illi cui p orantem specialiter applicat. nō enim valet ei specialissime pt3 ex 1. membro sed nec precise valet sibi generalissime sicut cuicūq3 tūc enim frustra in ecclesia essent speciales orationes assignate alie p viuis: alie autem pro mortuis: & iterum pro viuis aliis & aliis: puta benefactoribus amicis & aliis vt patet in orationibus in missali Romano pro diuersis assignatis personis & statibus vel cōgregationibus. Frustra inquā eēnt iste specialiter assignate: quia nō plus valerent illis q generaliter cuicunq3 in ecclesia. ¶ Habet ergo articulus iste difficultatē specialiter intelligēdo hoc tertio modo. ¶ Et potest dici q vna missa

Merirū missē triplex qd notabis.

dicta pro duobus non tantū valet hoc modo isti quantum valeret si p eo solo diceretur. ¶ Quod ostendi pōt sic. merito finito fm plenā iustitiam adequate correspondet aliqd premiū determinatum ad certū gradum preter aūt bonu3 qd debetur ecclesie generaliter. & preter bonum qd debetur isti oranti specialissime (que duo semper includūtur in pmio debito orationi) accipio illud bonū qd virtute meriti ipsius orantis debetur medio modo ei pro q specialiter oratur illud est determinatū ad certū gradum virtute igitur istius meriti non debetur alicui isto modo medio aliquod bonū qd nō includitur in isto bono determinato. si ergo totum illud bonū detur isti tanq premiū modo medio debitum orationi. nullū bonū debitu3 orationi isti dabitur alteri: & per consequens si virtute istius meriti datur aliquod bonū illi vt debitū isti orationi mō medio sequitur q non totum bonū sic debitum dat isti. & c. ¶ Cōfirmatur q2 equali merito precise debetur equale bonū siue premiū: & hoc in quocūq3 modo debiti. s. generalr specialissime: & medio modo. Nunc autem ex equali deuotione celebrās h3 opus eque meritoriū loquendo de merito personali. cōtingit autem q eque deuote celebret quādo celebrat p isto spālr sicut quādo specialiter celebrat pro vtroq3 simul. ergo virtute eius meriti debetur precise equale bonum merito huius misse dicte pro vno: & merito illius dicte pro duobus. & si quando dicitur pro duobus debetur isti totu3 illud bonū equale: sequitur q virtute illius meri-

ti nihil debetur alteri. q: bonum qd daretur illi alteri: non includi tur in bono qd correspondet ade quate isti merito. ¶ Diceret ad maiorem q merito equali tã fm intensionem q̃ fm extẽsionem debet bonũ equale vtroq mõ nunc aũt qñ quis simul p duob⁹ orat licet sit meritũ equale fm inten sionẽ sicut qñ orat pro vno: tñ est maius fm extensionẽ: quia pluri bus applicat. et iõ debet bonum eque intẽsiue: sed maius extensi ue: q vtriq. ¶ Similiter respõde tur ad primam maiorem: q meri to certi gradus correspõdet vnum determinatũ ad certũ gradum ve rũ est vniformiter accipiẽdo vtro biq. s. fm intẽsionẽ: vel vtrobiq fm extẽsionẽ. sed licet meritum ad plures extendat: et p 9ñs premiũ pluribus debeatur: nõ tñ opz q I tẽsiue minuat: licet pluribus cõi cet. ¶ Hoc declarat primo sic. bo nũ spũale pportionatur spũi: et spũs est vbiq totus: et non p par tes cõicat. ergo bonum spũale cõi cat sine diuisione: et ita nõ dimi nuit: licet pluribus cõicet. ¶ Hoc etiã ostendit exẽplo: vbi tñ min⁹ apparet q̃ in proposito. Aliqua qdẽ corpalia de quib⁹ minus vi detur q̃ de spũalibus nõ minus tñ cõicãtur: et si pluribus cõicent patet de lumine cãdele similiter illuminantis plura illuminabi lia: et equaliter, sicut illuminaret quodlibet istorum p se. ptz etiã i vo ce q̃ equaliter simul immutat au ditũ quecũq multorum audientiũ sicut immutaret vnũ illorum solum. ¶ Confirmat tertio respõsio p au ctoritatẽ que habet de cõse. dis. 5. non mediocriter et quotatur ibi. Hierony. vbi inter alia sic habe tur. Cũ pro cẽtũ animabus psal mus vel missa d: nihil minus q̃ si pro vna qualibet ipsarũ dicere tur accipit. ¶ Põt dici q ista non impediũt rationes pri⁹ positas: q: vtraq minor istarũ rõnum est vera simplr tã fm extensionem q̃ fm intẽsionẽ: ita q p equali me rito nõ debetur fm strictam insti tiã bonum numerosius: sicut nec bonũ intẽsius: quia plura bona equalia equiualẽt vni bono ma iori intensiue: et hoc in omni retri butione iusta et cõmutatione. Si ergo merito equali non debetur maius bonũ fm intensionẽ: nec p 9ñs plura bona equalia fm ex tẽsionẽ: q: sicut ista si facerẽt vnũ facerẽt vnũ maius altero illorũ: ita sunt maioris valoris fm iu stitiã q̃ alterum illorum. ¶ Hoc confir matur: q: alioquin q̃ vellet orare p omnib⁹ aiabus in purgatorio intendẽs q singulis valeret mo do medio eque valeret cuilibet si cut si oraret pro vna. et tunc fm or dinatam charitatem deberet qli bet orare pro quocunq: q: debe ret impetrare bonũ plurib⁹ dum tñ hoc posset per eundem actũ si ne diminutiõe boni alicuius eo rũ. ¶ Dices q per modũ satisfa ctionis nõ tñ valet p pluribus si cut pro vno: q: pena debita non relaxatur nisi aliqd equalẽs sol uatur. ¶ Cõtra. tunc aliquis pos set impetrare primã gratiam pec catoribus quotcũq sicut vni: q: hic nõ requirit pene solutio: sed dei placatio et ipetratio boni ab ipo. ¶ Itẽ sicut plures pene equi ualent vni maiori pene et nõ rela xãtur nisi per opus satisfactoriũ maius vel per plura opa satisfa ctoria: sic videtur de pluribus bo nis impetrãdis q equiualẽt vni maiori. et iõ nõ nisi p plura bona

Prepo situs Equa. culus opi. lirius ponit 4. Pe tri de Tarã.

a. l. ma ior.

vel vnū maius bonū impetrant. Quare ēt non sufficit ad deletionē mali aliqd sicut sufficit ad impetrādum bonū. imo scdm videt maius. ¶ Cōfirmat etiā ppositū scdo: qz in amicitia humana dilectus p supplicationē suā meret maius bonū vni q̄ si supplicaret pro multis: nā pro vno exaudiretur vt tm̄ bonū impetret ei. qui si pro multis peteret vel nō pro oibus exaudiret. vel nō tm̄ bonum impetraret. 7 istud est fm iustam legē amicitie. ¶ Confirmat tertio qz volūtas nō videt efficacior vt est cā meritoria q̄ vt est cā eliciti ua vel impatiua: imo minus efficax: qz vt meritoria ē tm̄ cā dispositiua habilitās 7 disponēs ad actionē pncipalis agētis: vt aūt ē elicitiua vel iperatiua est cā principalis. sed volūtas vt est cā elicitiua vel imperatiua nō equalē effectū causat simul in quolibet multorū sicut in vno solo causaret. nec enim simul intēsa est amicitia ad quotcūq sicut esset ad vnum

Ca. 6. 8. ethi. nec voluntas eque perfecte intense iperat plures opationes potētiarū inferiorum sicut vnā minuitur enim intētio volūtatis plures actus inferiores imperātis. ¶ Cōsilr videt q volūtas minus bonū intēsiue mereatur qñ pluribus meretur. ¶ Et si dicas hoc verū est quādo deuotio minuit ex distractione circa plures. sed si deuotio sit equalis nō opz q minus bonum mereatur multis q̄ vni. ¶ Cōtra. distractio nō necessario concurrit ex hoc q pro plurib9 celebratur: qz nō oportet celebrantem pro multis tunc de eis actu cogitare. sed sufficit q ante recollegerit istos pro quib9 intendit specialiter orare: 7 intētionem suam talem deo obtulerit. extunc enim si tm̄ in cōmuni eorū memoriā habeat: hoc sufficit: qz deus oblationē 7 deuotionē suā pro illis acceptat. pro quibus ordinauit prius se velle offerre. 7 in isto casu verū est q propter multitudinē attentio actualis ad singulos minuit: qz nō est ad eos nisi in cōi: sed deuotionez que est motus mentis in deū nō opz minui. Exemplū non minus deuote celebrat quis de omnib9 sanctis q̄ de vno sancto: qz si minus distincte attendat ad quenlibet: tñ attētio ad totā cōitatem sufficit ad deuotionē nō tñ equalem sed maiorē q̄ sufficeret attētio ad vnū eorū: nisi forte ad illū in quo eminenter est illud qd est rōn deuotiōis ad oēs: q est solus deus trin9: sic qñ orat pro multitudine siue cōitate indigente: vt ipetret sibi bonū quo idiget maior cōpassio pōt hri: 7 ita maius desideriū impetrādi illud quo indiget q̄ si pro vno indigente oraretur: 7 ita nō minuit ibi deuotio lz minuat attentio actualis 7 distincta. nō ergo minus bonū tūc impetrat singulis ppter diminutionē deuotiōis. sed propter hoc solū q merito suo correspondet aliqd bonū certū. 7 hoc in quocū q eodē gradu. s. credendū illi cui valet spālissime vel illis quibus valet gñalissime. vel etiā illi vel illis quibus valet medio modo. et per ↄñs in isto tertio gradu in quo loquimur si ē minor intēsio est minor intēsio vnicuiq. ¶ Ad illa in ↄtrariū. Ad primū de spiritu dico q spūs 7 si extēsiue nō diuidat. tñ numeralr spiritus a spiritu distinguit. sicut eñ singulorū corporū aiatorum singule aie:

et ille habẽt bonitatẽ naturalem magis extẽsiue ꝙ vna ex eis. imo equiualẽtẽ bonitati magis intẽse ſm illud. 7. tri. 6. vel. 24. plus aliquid sunt duo hoies ꝙ vnus hõ. Et ꝑ hoc distinguit pluralitas in diuinis a pluralitate i creaturis: quia plus aliquid sunt hic duo ꝙ vnũ. nõ sic ibi. vñ subdit. nõ maior est pr̃ ⁊ fili⁹ simul ꝙ solus pr̃: bonitatis ẽt plures spiritnũ sunt maioris valoris: ⁊ iõ requirunt plura bona vel vnũ maius bonũ propter qđ retribuant. nõ eñ qui orãdo meret viuificare vnũ mortuum: eadem ratione eque meret viuificationẽ quorũcũqꝫ mortuorũ. Ita dico ꝙ bonũ spirituale cõicatur sine diuisione quãtitatiua. ſm extẽsionẽ tñ cõmunicat cũ distinctione. s. aliud alteri. ⁊ ita requirit distinctũ meritum ꝑpter qđ reddat: ⁊ hoc dico equale intẽsiue. ¶ Contra. saltẽ bonũ spũale non cõmunicatur per partes. ergo si virtute huius misse debet bonũ vtriqꝫ tanquã vnũ totale premiũ. illud nõ reddet ꝑ partes sic. s. ꝙ ps dabit vni et pars alteri. ¶ Cõfirmat: qꝛ qui spũm recipit totũ spũm recipit. ergo similr̃ qui aliqđ bonũ spũale recipit: recipit ipm totũ. ¶ Rñsio augustini. 6. de tri. 8. In his q̃ non mole magna sunt idẽ est maius esse quod melius. duo vero bona equalia sunt meliora altero. ergo in eis est maior bonitas. maius aũt lꝫ nõ possit actu diuidi. tamẽ ꝫ plura parua sibi equalia. sicut licet celum nõ posset actu diuidi: tñ toti equantur plura parua ꝙ medietati ⁊ in illis paruis est distinctio. ⁊ pro illo vno magno licet in se indiuisibili: tamen diuisibili: vel magis distinguibili in equiualentia. possent illa multa reddi. sic hic tanto merito debetur adequate tantũ bonũ: illud in se diuidi nõ põt. sed tñ illi equiualere possunt multa bona minora. ⁊ ita ipm põt diuidi in valore dum pro ipso diuersa bona minora distincte reddant. nõ ergo illud bonum spirituale realiter per partes datur. sed datur in multis bonis minoribus: que respectu illius boni habẽt partialẽ valorẽ. ¶ Ad confirmationem. si possibile esset eundem spiritum distribui multis in valore: sicut hic est possibile de bono reddendo virtute orationis: vnicuiqꝫ minus bonũ daretur: ⁊ forte etiam realiter spiritus minus cõmunicaretur: si transcenderet suum susceptiuũ proportionatũ. sicut forte aia non eque viuificaret corpus quantũcunqꝫ cresceret. sed passo ꝑportionato eque cõmunicat in ꝑposito receptiuũ proportionatũ bono illi qđ est reddendũ pro merito est vna persona: et qđ datur illi datur non ꝑ partes. ¶ Contra exẽpla ista prius posita instat ꝑ alia exẽpla qꝛ nõ eque possum portare duo eq̃lia sicut vnũ. ¶ Si dicat ꝙ in mouẽdo localiter nõ eque põt agẽs in plura ⁊ pauciora: tñ in alterãdo potest ⁊ hoc qñ illa plura sunt agẽti eque approximata. ¶ Dico ꝙ aliqui motus sunt tales quib⁹ necessario totum simul ſm oẽs sui partes mouet: hoc est non prius vna pars ꝙ alia: sicut est motus localis. ⁊ de hoc intelligit. 5. met. cõtinuum est illud cuius motus vnus ſm se. vnus aũt cuius indiuisibilis. indiuisibilis aũt ſm tẽpus. si eñ moueret vna pars cõtinui. alia non mota: solueretur

F. T. c. 8

continuitas. ¶ Alius est motus quo nõ est necessario totũ s3 oẽs partes simul moueri: vt est alteratio. Mobile etiã aut intelligitur illud quod est adequatu3 virtuti mouentis vel agẽtis. ita.s. q non posset simul mouere maius: aut aliqđ mobile minus tali adequato. Est ergo aliqua differentia inter motum localẽ ⁊ alios motus q: semper totũ cõtinuũ fm se totum est mobile adequatum mouenti: ita q nõ aliqua pars eius sine alia est mobile adequatum. In motu aũt alteratiõis aliqua pars ipsius mobilis põt esse mobile adequatũ mouẽti tante virtutis: sic q simul nõ mouebitur nisi tãta pars. S3 vtrobiq3 immo in motu general'r: veru3 est q ab isto mouente nihil simul mouet nisi suum mobile adequatu3 vel qđ includitur in illo. ⁊ dico inclusum in illo real'r sicut aliquid ei⁹ vel equiualenter sicut minus qđ etiã nõ est pars maioris põt dici includi in eo ⁊ sic illud qđ põt simul mouere illud mobile tanq̃ adequatum. nõ põt simul aliud mobile maius mouere: nec etia3 cũ isto aliqđ aliud. põt tñ simul mouere duo mobilia q̃ simul iũcta nõ excederẽt mobile adequatum: ⁊ de talib⁹ verũ est q nõ minus mouent plura q̃ pauciora: q: nõ minus mouet mobile sibi simpl'r adequatum q̃ mobile minus ipso: q: tũc illđ nõ esset oĩno adequatũ intelligo adeq̃tum: nõ sic q mouẽs fm totũ conatu3 sui possit illud mouere: sed sic q cu3 quãtocunq3 modico conatu põt ipsum mouere. tale mobile oĩno subiaceret tali mouenti: ⁊ mobile oĩno subiacere mouenti põt dici ipm mobile oĩno adequari passiue ipsi agẽti. Taliter celum fm phm est mobile adequatũ intelligẽtie: q̃ ⁊ si nõ possit mouere maius tñ posset min⁹. ¶ Ad exẽpla illa dico q passi pportionati agẽti põt quelibet pars eque perfici: ita saltẽ q vna nõ minus perficit si alia pficiatur q̃ si sine illa perficeret: q: cũ totũ est pmo pportionatũ agenti: iõ pluralitas partiũ q̃ includunt in isto toto non ipedit pfectionez actiõis in oẽs: sicut nec in totũ includẽs eas: s3 si vno passo proportionato adderet aliud passum: illud nõ oporteret eque perfici ab agẽte: sicut si solũ recipet actionẽ agentis. hoc p3 in illis exẽplis lux eñi ⁊ son⁹ ⁊ similia quantũ est de se multiplicant se sperice passum. & pportionatum tali agenti quãtũcũq3 sit paruũ cũ tñ sit sphericu3 includit partes: ⁊ ille q̃ sunt partes eiusdẽ spere circũstãtis lumen eque illuminabũtur. hoc est tñ illuminabitur mediũ fm vnam diametrũ eiusdẽ spere circa candelam sicut fm aliã: sed si accipiatur alia spera remotior a cãdela ambiẽs primam speram acceptam circa candelam: illa non eque illuminabitur sicut pma. qđ ergo dr q eque illuminãtur plura illuminabilia sicut vnu3: verũ est qñ illa plura sicut partes eiusdẽ illum[in]abilis adequati. puta qñ sunt contenta in eadẽ spera siue intra eandem sperã respectu illuminãtis vt centri accipiẽdam. In pposito autẽ duo illi p quibus oratur nõ sunt per se partes vni⁹ quod sit susceptiuum adequatum boni reddẽdi virtute orationis. sed vtrũq3 p se est susceptiuum adequatum. ¶ Cõtra. q secũda spera minus illuminatur q̃ prima: hoc est q:

2.ce. t. c. 71. ⁊ alibi.

G

Inductio non tabil.

scda est remotior a luce. nō autē qr simul cū scd̄a alia .s. prima illu minat imo secundā nullū lumen reciperet nisi prima simul illumi naret . ergo non min⁹ recipit hoc vnū passum: qr aliud simul recipit: sed qr ipsum est remotius ab agente. In ꝑposito non est talis remotio sed tantum distinctio re cipientiū. ¶ Rn̄deo. duo mobilia posse eque approximari eidem mouēti necessario concludit illa mobilia partialia esse contenta .s. realr̄ vel equiualenter in vno mo bili adequato qd̄ semper est ima ginari spericū circa centrū ipsius agentis: ꝛque etiā sunt in eadem spera hoc est intra distantiā eiusdē axis illa eq̄ mouentr̄ ꝛ alia non eque cū illis. ¶ Ad auctoritatem Hieronymi gl. ponit ibi duplicē rn̄sionem. vna est referens hec ad ipsum celebrantē: vt sit sensus. ni hil min⁹ accipit supple pro ipso celebrante: qr siue pro vno siue ꝑ multis dicatur: semper valet spe cialissime celebranti. ꝛ equalr̄ qn̄ est eque dispositus. ꝛ eque ordina te facit hoc qd̄ facit hoc est eque celebratur pro multis qn̄ ꝑ mul tis: ꝛ pro vno qn̄ pro vno . ¶ Alia rn̄sio glo. est ibi referens ad casuȝ in quo loquitur: ꝙ .s. non minus valet vna missa dicta pro centum animabus cum cordis hilaritate q̄ȝ si pro quolibet vno diceretur cuȝ anxietati. Premittitur eīm ibi sic. Melior est .5. p̄s. decantatio cū cordis puritate ac serenitate ꝛ ēt spirituali hilaritate. q̄ȝ toti⁹ psal terij modulatio cuȝ cordis anxie tate ac tristitia. Et tunc subditur illud quod adducendum est cuȝ ergo pro centum ꝛc. ꝛ hoc secun dum fuit forte spāliter s̄ȝ intētio nē beati Hieronymi volentis loq̄ ad consolationē manachorū. ꝙ si ꝑ multis tenerent orare: tn̄ non oportet tot plalmos legere: quia vergeret in fastidiuȝ: sed melius satisfit illis si pro eis dicātur pau ciores et cum hilaritate . melius etiam valet dicenti si potest stare cum obligatione eius.

De secundo articulo princi pali tria sunt vidēda. ¶ Primo si in ptāte sacerdotis sit applicare certe personē bonum qd̄ debet ec clesie vel alicui in ecc̄lia virtute sacrificij. ¶ Scd̄o si sacerdos pōt il lud bonum applicare pro libito voluntatis sue. ¶ Tertio si valet isti eq̄ qn̄ applicat sibi ꝛ alijs: sicut si sibi soli applicaretur. ¶ De p̄mo videt ꝙ nō: qr instr̄m nō h̄ȝ virtutem applicādi actionē vl̄ ef fectū actiōis agētis eīm principa lis est applicare virtutem ꝛ actio nē. Nūc aūt sacerdos quātuȝ ad virtutē sacrificij est mere instr̄m qr organū inanimatū. licet enim sit organū viuū quantum ad me ritū personale in celebrando: qr sic mereri est eius inquātū i se vi uit vita gr̄e. tn̄ quantum ad illud bonū qd̄ debetur virtute sacrificij. est organum precise ratione ordi nis: ꝛ eque prouenit effectus iste virtute sacrificij. etiaȝ si minister in se non viuat vita gr̄e . ergo ꝛc. ¶ Scd̄o sic . bonū qd̄ nō debetur isti nō habet iste ius alij assignā di vel applicandi. sed bonum qd̄ debet virtute sacrificij non debet sacerdoti inquantū celebrās: sed tm̄ ipse est nuncius offerens peti tionē ecclesie: ꝛ bonū qd̄ virtute sacrificij debetur nō sibi debetur qr eadē esset virtus sacrificij si ip se esset in mortali pctō. ¶ Dico tn̄ ꝙ in ptāte sacerdotis celebran

tis est aliquo mō applicare virtutem sacrificij. qđ ꝓbatur duplici auctoritate Augustini in ench. 89. vel. 77. Non est negandū defunctorū aīas releuari cū pro illis sacrificiū mediatoris offertur ergo offerens pōt applicare illis sacrificiū: ⁊ ille ꝑ hoc poterūt releuari. ¶ Idē in sermone de cathedra sancti petri. Ostēdam inquit qua rōne animas defunctorū iuuare possunt: adhibeant pro eis sanctorū ꝑces: ⁊ sacerdotali eos prosecutione domino cōmēdent. Iuuāt ergo anime per hoc ꝙ sacerdos pro eis applicat virtutē sacrificij. ¶ Ad hoc etiam est congruentia vna: q: vbi in domo aliqua aliqđ bonū est distribuēdū diuersis ꝯm eoꝝ exigentiā vel indigentiā. rationabile est ꝙ dominus domus nō immediate singulis distribuat. sed talis distributio alicui vel aliquibus certis ministris in domo cōmittat. Ita videmus regulariter in familijs ordinatis. Eque ergo vel magis dꝫ ita esse in domo dei que est ecclesia: ꝙ bonū ibi virtute sacrificij cōmunicādum: solum deus distribuat: sed aliqẽ minister in ecclesia. nulla autē magis cōuenire pōt in ecclesia ꝙ̄ sacerdoti sacrificiū offerenti: cui sicut cōuenit determinare intentionē suā pro quo specialiter offerat sic ꝯuenit sibi dispensatorie vel dispositiue determinare: cui virtute sacrificij bonuꝫ qđ impetratur reddatur.

¶ Ad illa que probant: ꝙ nullo mō cōueniat sacerdoti applicare virtutem sacrificij. ¶ Ad primuꝫ dico ꝙ lꝫ bonum qđ impetratur virtute sacrificij non impetretur virtute meriti ꝑsonalis sacerdotis. sed virtute meriti ecclesie in cuius persona fit oblatio: ⁊ ob cuius gratiaꝫ oblatio acceptatur: ⁊ ideo quo ad hoc. s. tale bonum sit impetrandū sacerdos lꝫ sit mere organū. tñ rōne ordinis hꝫ gradū notabilē in ecclesia: propter quē sibi conuenit offerre ⁊ oblationis virtuteꝫ determinare. ⁊ in hoc nō est precise organū: sed minister ⁊ dispensator. ¶ Ad secundū dico ꝙ si bonū reddendū virtute sacrificij nō debeat sacerdoti pro se: debet tñ ecclesie ꝯm eius distributionem: q: ipse ex ordine suo est nuncius sponse ad sponsum offerens petitiones specialiter pro determinatis personis: ⁊ ita dispensatorie vel dispositiue determinans eis illud qđ ꝓ talibus petitionibus reddetur.

De scđo autem in isto articulo. s. an possit pro libito distribuere bonū debitū virtute sacrificij. ita. s. ꝙ hoc bonum specialiter reddatur illi cui ipse specialiter applicat ṽtutē sacrificij diceretur ꝙ non. sed ad hoc ꝙ applicatio sua habeat effectum oportet ꝙ eaꝫ faciat ꝯm beneplacitum dei: q: ipse solus est dator illius boni: ⁊ ꝯm suum proprium beneplacitum. non ergo dabit illi cui sacerdos applicat. nisi sacerdos in applicādo ꝯformet se volūtati datoris. ¶ Cōtra hoc. nullā videt ille habere auctoritatē applicandi vel assignādi aliqđ bonū alicui. cui9 applicatio nunꝙ̄ tenebit nisi fiat ꝯm volūtatē alteri9 de qua iste regulariter no pōt hr̄e certitudinem: sed sacerdos celebrans non pōt habere certitudinem determinatam de voluntate diuina cui velit dare bonū reddēdum virtute sacrificij: q: nec regulariter hoc

de⁹ reuelat in speciali nec ex scriptura habetur doctrina de hoc nisi multū remota ⁊ vl'is que nō sufficit ad sciendū volūtatē diuinam in speciali respectu huius ꝑsone vel illius. ꝫ si nunq̄ꝫ applicatio facta p sacerdotē haberet effectū nisi esset facta ſm bñplacitū diuinū: sequeret̄ ꝙ sacerdos nullā haberet auctoritatē applicandi virtutē sacrificij nisi mł'tū in vl'i. ¶ Potest ergo dici vbi hꝫ doctrina certa de applicatiōe ibi est sic facienda. ita. s. ꝙ si contrariū fiat forte nec ei cui applicat̄ valet: ⁊ applicanti nocet: q: peccat. cum aūt oratio possit (vt dcm̄ fuit in principio primi articuli) alicui tripl'r applicari sc3 specialissime ḡnalissime ⁊ mō medio inter ista. s. speciał'r licet non specialissime. ¶ Prima autem applicatio determinata est: quia semper fit ipsi orāti. ¶ Secūda etiam determinata est: quia semp fit toti ecclesie. ⁊ has duas determinationes facit regula charitatis q̄ d3 esse potissime ad seipsum ⁊ generaliter ad omnem proximum. ¶ Tertia applicatio: sc3 media aliquādo videt̄ determinata esse ex institutione siue ordinatione ecclesie q̄ in diuersis parrochijs instituit diuersos sacerdotes parrochiales q̄ tenētur officiare ecclesias ⁊ celebrare specialiter pro suis parrochianis: consimiliter in diuersis collegijs partialibus sunt diuersi sacerdotes instituti ad offerendū sacrificiū altaris et specialius semper pro illis qui sunt i tali collegio. de hoc potest accipi illud. 7. q̄ōne prīa ⁊ quotatur Hieronymus ad Rusticum monachum. in apibus princeps vnus est. grues sequūtur vnam. Roma aūt condita duos fratres reges simul hr̄e non potuit. et sequit̄. singuli ecclesiarū episcopi. singuli archidiaconi ⁊ omnis ecclesiasticus ordo suis rectoribus regitur. hec ille. Nec tārū requirūtur rectores in ecclesia ad correctionē faciendā: sed ad recōciliationē faciendā peccatorum per orationes eccl'ie ⁊ hostiā salubrē. ¶ Silr̄ videt̄ determinari applicatio ex iustitia. ⁊ hoc illis qui ꝓuident vel prouiderūt ministris de necessaria sustentatione hoc modo multi dotauerunt monasteria ⁊ ecclesias solēnes collegiatas vel minores ecclesias ad hoc vt ministri in talibus ecclesijs tenerentur celebrare pro illis ⁊ pro illis pro quibus ipsi intēdebant eos obligare. ⁊ est obligatio rationabilis vt qui recipit elemosynas tēporales refundat ꝓ eis suffragiū spūale orationis et oblationis. sicut de tēpōrali bñficio refundendo pro spūali beneficio ꝑdicatiōis. ait apl's primo ad Corinthios. 9. Si nos vobis spiritualia seminamus magnum est si carnalia vestra metam⁹: quasi diceret non. Ex quo ergo licitum est imo rōnabile ꝙ elemosyna requirat orationē. illi qui cum elemosyna sua īponit obligationē orādi ꝓ se rōnabiliter facit. ⁊ ita ista elemosyna ad quēcūq̄ꝫ succedentem semꝑ trāsit cū onere sibi imposito. nullus tñ presumit̄ se ⁊ suū collegiū sic alicubi obligare ꝙ non posset decetero alteri aliqua suffragia cōmittere vel ꝓmittere. ⁊ ita ꝑsumit̄ obligatio fieri ſm intētionē obligātis ꝑcise: tamen ſm notulam l3 non sit hec obligatio ꝓmissoria. ¶ Isti vero quoꝝ orationes ⁊ oblationes

nes sunt sic determinate certis personis non possunt eas pro libito alijs applicare: quia facerent iniustitiã subtrahendo debitũ illis quibus iam sunt obligati. & intelligo si applicarẽt alijs ita specialiter sicut ipsis: & hoc alijs quibus non: eque obligantur. Siquidem illa applicatio medio modo põt hr̃e multos gradus. Exempli gratia. ponantur tres: et semper ipsa plus valet illi cui fit in priori gradu. puta si quis sic intẽdat quod quantum põt oblatio valere alicui alij ab offerente tãtũ valeat ipsi. a. et tunc post ipm. a. quãtũ valere potest alicui alteri valeat ipsi. b. et post. b. ipsi. c. & hoc sine per. a. intelligat vna sola persona siue multe pro quibus vult in eodem gradu orare. Esto igitur ex ordine ecclesie vel ex beneficio recepto tenet quis offerre medio modo. et hoc in primo gradu provno. nõ preiudicatur tñ illi si medio mõ secũdo gradu offerat vel applicet virtutẽ oblationis alij: et in tertio gradu tertio. & sic de quibuscũque gradibus: quia nũquam applicatio facta in gradu posteriori subtrahit aliquid illi cui facta est in gradu priori. ¶ Cui autem fieri debet applicatio & in quo gradu? Dubiũ est an scilicet curatus debeat prius applicare oblationem suo parrochiano quam pr̃i vel matri. Videt enim quod de lege nature obligat parentibus: & illi legi preiudicare nõ potest positiua obligatio: nec quisque recipiens obligationem debet velle sibi sacerdotem obligari contra rectũ ordinem legis nature. & ita interpretandum est quod nunquam voluit sacerdotem sibi sic obligari quin posset libere reddere semper pr̃i & matri illud in quo eis tenet. ¶ Sed contra. pater & mater si sint parrochiani alterius sacerdotis habent eũ obligatum ad orãdũ pro se sicut pro subditis. et videt quod obligatio ista spũalis filiationis preualeat quantũ ad efficaciam. ¶ Alij aũt sunt sacerdotes in ecclesia nõ habentes curam nec etiã capellaniã vel prebendã rõne cuius sit eorum oblatio applicata certe persone vel certis personis: & tales magis pñt libere pro suo bñplacito applicare. debent tñ applicationẽ suã conformare bñplacito summi sacerdotis quantũ pñt de illo verisimiliter conijcere vel concipere: quod difficile nũque est percipere in spãli de hac persona vel illa. probabilius aũt cõcipitur magis in cõi: puta parẽtibus: bñfactoribus: principibus et prelatis: iuxta illud apl'i. 1. ad Thimo. 2. c. Obsecro ergo primo &c. Pro mortuis etiam iuxta illud 2. Machab. 12. Sancta ergo et salubris est cogitatio pro defunctis exorare. ¶ Et adhuc sistẽdo etiã sic in cõi dubium est quibus debet offerens medio modo applicare sacrificiũ. et hoc in gradu priori & quibus in gradu posteriori. nam in aliquibus est maior indigẽtia sicut in mortuis qui non pñt pro se mereri. quam in viuis. & in pctõribus quam in iustis qui per gratiã propriã quã habẽt pñt mereri: nõ sic peccatores: & magis indigenti videt iustũ prius subuenire. tñ ex alia parte videtur maior vtilitas: vtilius est enim viatori gratiam augeri & ex consequenti merita quam mortuo solã penã remitti: vbi nõ augetur gratia nec crescunt merita. videtur etiã quis magis obligatus fratri suo existẽti in charitate quam pctõri qui nec deum diligit: nec a deo diligit sicut iustus: & debeo

Optia positõ

W

Applicatio infallibilis.

magis diligere eū quē deus diligit ⁊ qui deū diligit ꝙ illū q̄ contrario modo se hȝ. Tutius ergo videt̃ applicationē facere generalē talē. Digneris dñe oblationē istā specialiter acceptare ꝓ illis ꝓ quibus nosti me teneri specialiter offerre: ⁊ in illo gradu in quo nosti me teneri pro eis. Et si in speciali determinetur ad aliquē vel aliquos tutius est ꝙ fiat sic sub conditone. si tibi placet.

